Respondendi potest Axum in dicta lege lecta procedere in stipulatione quae licet stricti iuris sit hoc tamen habet speciale vt pactum incontinenti si ad agendum prossit cuius ratio est quia cum stipulatio verbis contrahatur sicut pactum facile admittere potuit vt pactum incontinenti adiectum actionem ex stipulatu formet, actio nanque ex stipulatu ex verbis nascitur quae verba nec pacto dessita Antofab. qui ex argumento Ax.g in lege 1. § simpliciter D. de verborum obligationibus explicat in rationali ad Axum in dicta lege 7 § quinimo ff hoc titulo licet aliter inter contractus stricti iuris bonae fidei distinguat.

Nec superiori resollutioni obstat Ax9 in lege seruus 7 D. de Vbi ex pacto venditioni adiecto incontinenti non nascitur actio quia respondendum est id ideo fieri quia vindicta odiosa et ideo non est adiuuanda ita Gofanius vbi supra. =

Ad titulum codice de transactionibus.

Transactionis verbum multipliciter accipi potest et constat ex late tradditis per Osualdum libro 17. commentariorum cp. 16. litera tt vbi diuersas huius verbi significationes adducit et 2us eas ab emmendatione liuerat Axum in lege tam ex contractibus 57 D. de iuditijs.

Proud igitur ad propositum attinet transactio dicitur quasi recessus ab actione et Jason in presenti numero 2o. Aloisio in lege 1. num. 3. codice hoc titulo quoniam is qui agit sic ab actione trasit Menosius in presenti numero 17 vnde recte Cuiatius in presenti docet transactionem esse conuentionem qualis vel controuersia perinde ac sententia dirimitur traddit Gilquenius hic numero 1. est igitur transactio de re dubia lite incerta non gratuita pactio, ex lege 1. D. hoc titulo lege cum mota codice eodem explicant Bart. in dicta lege 1. Jason in rubrica D. eodem Azor. in summa Moxonius libro 3. dilucidatione 17 numero 96. Andreas Veroa ad hunc titulum in principio vbi morla late ex numero 5. ab impugnationibus defendit traddit Petrus Gregorius libro 28 sinthagmatum cp. 2. numero 1. Menes. supra numero 16.

Finis autem transactionis est vt lites et iurgia

Inter homines euitentur cum ius nostrum omnium vtilitatem respiciat et eo maximé expectet vt vitta nostra minori offenssione tradducatur. multa, legibus comparata sunt quibus lites tollerentur quippé quæ sint quasi fæminæ ex quibus non tantum inimicitiæ sed etiam cædes semper nascuntur fæminæ nanque multorum malorum causa esse solent vndé Ovidius libro 2. elegia 12.

fœmina romanis iterum nunq; vrbi recenti immissit Soceros armaque seua dedit.

Iuuat et illud Michaelis Berenig ibi.

fœmina peccati transigere videndum, non valet.

fœmina peccati glutem latet anguis nulla

Inter alia autem remedia ad hanc rempertinentia transactio, numeratur lege 1. codice hoc titulo traddit Petrus Gregorius libro 28. cp. 3.

Qui possunt trasigere videndum et inprimis pater de rebus filiorum trasigit lege de re 10 D. hoc titulo

Administrato Ciuitatis lege præses 12. hoc titulo cui post Menesium ibi et Jason in § bonæ fidei numero 5. de actionibus adde Gregorium Lopez in lege 24 titulo 4 p.a 3. glosa 4. et in glossa 3. lege 4. titulo 11. p.a 3.

Transigere etiam possunt et alij de quibus Andreas Veroa supra cp. qui possint transigere vel non de quo laté vbesemb. in rubrica D. hoc titulo numero 4 Petrus Gregorius supra cp. 2. numero 22 Tuscus titulo vltimo conclussio 349.

De quibus autem rebus transactio fieri possit vel non possit traddunt vbesemb. supra numero 5 Veroa cp. quæ sint vtiles Morla supra numero 47. Mosconius supra n.o 96.

Late Petrus Gregorius supra dicto cp. 2. ex numero 80. Tusscus supra conclusione 347. et seq.

Deinde adverte Vim et effectum transactionis esse, exceptionem parere Lege si super 9. Lege sive apud 28 codice hoc titulo nisi sit transactio facta stipulatione tunc, enim actio producitur Lege scire 6 codice contra in presenti stipulat. Lege cum proponas 17. codice hoc titulo.

Atque effectus transactionis non minor quam rei iudicatae ut ex lege Non minorem 20 codice hoc titulo docet Ubesemb. supra numero 7. quod intelligendum est quo ad finiendas lites non autem in caeteris casibus in quibus sententia potentior est ut traddit Sicardus in dicta lege Non minorem numero 3 ubi Cinus de quo Lato in presenti n.o 4.

Tamen ad praxim adverte an transactio a letaliter vulnerato cum eo qui vulneravit ad instantiam amicorum facta prossit delinquenti.

Licet Clarus post alios negativam defendat libro 5. § finali questione 58 numero 29 contrariam tamen tanquam conclussionem defendit Villalpando in lege 22. p. cp. 26 n.o 4.

2.o Queri potest an remittens iniuriam sibi factam pacto vel transactione damna et interesse remissise intelligat et cum transactiones sint stricti iuris sicut pacta negativa sententia verior visa est Minsingerio 4 observation.e cp. 10. per legem si tibi § 1. D. de pactis et probat Lege si domus D. de sero Baldus Ds.o 195. numero 6. Volumine 2. Alexander Ds.o 168. Volum. 2. et Ds.o 20 Volum. 5.

Antyn 6.

ADDITUM

in lege sive apud 28. eu Lesi profundo 33 codice hoc tt.o

Si transactio non fuerit stipulati. Valata non parit actionem sed exceptionem tantum lege scire 6. codice de contrah. stipulat. lege cum proponas ibi cp. de pactis lege promissis 37. codice hoc titulo cuius ratio est quia cum transactio hec nihil aliud sit quam nudum pactum et pactum nudum non producat actionem dictam exceptionem lege 7. § sed cum nuda D. de pactis merito si transactio non fuerit stipulatio valata exceptionem tantum prestabit lege cum proponas 17 codice hoc titulo unde si iacta transactione rei possessor parare noluerit reum urgere ad transactionis obseruantiam virtute replicationis hoc modo intentando rei vindicationem que prius competebat, cui si reus opponat transactionem factum tunc actor replicatione quod actione consequi, non potuit ex supra dictis uti probat expresse Rg. in dicta lege siue apud codice hoc titulo ita post Jasson falicetum et antiqui oxes explicant Gilquenius Gifan. et Menes. et Donelus in presenti Andreas Veroa titulo de transactionibus cp. de cu transactionis.

Sed obstat Rg. in d. le si profundo 3. codice hoc titulo ubi actor prohibetur uti actione pristina et ei conceditur actio ex stipulatione et si fuit sine stipulatione sequta actio prescriptis verbis constituitur: que transactio licet non fuerit stipulatione valata actionem producere poterit Jubant etiam traddita per Menessium in dicta lege siue apud numero. 1.

Cui difficultati ommissis varijs solutionibus glosa tan in dicta lege siue apud. quam in dicta lege si profundo quas reprobat Gilquenius in dicta lege siue apud e contra numero 3. et ommissa sententia Jasonis existimantis non posse huic difficultati sine aliqua subauditio R.i alia solutione Bartolus in dicta lege siue apud distinguentis inter actionem debitam et nativam quam reiicit Menessius in dicta lege si profundo num. 9. alia eiusdem Bart.i que omne diuinat secundum Menessium supra licet ipse in vetus Bartol. sententie tanquam communi

Adhereat alia Alciati existimantis in dicta lege si profundo non transactionem sed promutationem interuenisse pro ut etiam docet Donelus in dicta lege si profundo numero 4 cum reprobat Menes. supra in fine.

Respondendum est Tex. in dicta lege siue apud. procedere quod stetit in nudis. promissionis ita quod res erat integra quo cassu potest actor agere ex pristina actione et causati ve rerum ad implementum vrgere Tex. verbo in dicta lege si fundo procedere quando res integra non erat cum ibi fundus alter in quo conuentum erat ex petitione rei tradditus fuisset actori quo in cassu pactum transactionis ab initio nudum rei interuentu vestitum fuit ad producendam actionem prescriptis verbis lege. legem. Codice de pactis lege intra duobus D. eodem titulo et merito nam cum tradditio illa sequta actor reputet siue consultum et satis factum atque ita renunciasse videatur actioni praestinae si actio illa prescriptis verbis non daretur et culpa aduersarij res data euicta uel obligata fuisset sine dubio omni remedio actor destitutus remaneret quod sane equitas non patitur nec remedio ad lites dirimendas dato quis rerum suarum culpa aduersarij detrimentum patiatur ita Veroa vbi supra sentit Glossam in dicta lege si profundo verbo agere expresse contra antiquiores constituit Castrensis numero 2. sequuntur Gilquenius numero 4. explicat eleganter Gifanius in d. lege siue apud Nicolaus a salis ad sicilimenta Iuris ex C. in d. lege si profundo.

Nec obstat huic solutioni quod traditio facta non debet quid opperari in contrarium cum potius in faborem traddentis debeat operari non est contra ex glosa 1. in lege explacito D. de rerum permutatione quia respondendum est hac actione prescriptis verbis non dari in medietate

Ex eo quod traddidit, Dictum ex eo quod facta traditione nulla super est actio pristina actori quo casu cum Æquitas non patiatur ut remedio ad lites dirimendas dato quis in damno culpa aduersarij moretur actionem præscriptis verbis actori accommodabitur, præsertim cum reus. licet traddiderin fundum non tamen traddidit liuerum prout conuentum erat atque ita mirum non est si tradditio illa magis contrarium traddentem quam in eius fauorem attendatur,

Nec obstat alicque traddit Menes. in dicta lege si pro fundo numero 9. quia illa intelligentia sunt nisi ratio et æquitas contrarium suadeat ut in hoc.

Sed ad huc huic resolutioni obstat Rx in lege cum mota 6. codice hoc titulo ubi nulla tradditio intersit et tamen datur actio præscriptis verbis quia respondendum est in dicta lege, cum motta causam subesse ad hoc ut actio præscriptis verbis daretur cum hæredes ipso iure querelam amitterent querela namque inoffitiosi personisque in proximo gradu sunt cohæret non alijs lege filius 22. D de inoffitioso quo effectum fuit, ut cum hæredes ius suum ammisserunt æquum esse videatur eis dari actionem præscriptis verbis ne alias culpa aduersarij damnum hæredes patiantur ut consideraui Beroa supra traddidit Nicolaus a Salis in dicta lege si pro fundo quibus adde que scripsi in lege si instituta 27. ad titulum de inoffitioso testamento.

Nec obstat Rx in lege naturalis §. 1. D. de præscriptis verbis ubi casu quo actor accepit, fundum: non liuerum, est locus pœnitentiæ ita ut reddito fundo ad pristinam actionem reddo lex possit quod contrarium docet Rx in dicta lege si pro fundo ibi et instaurari decissam litem prohibent iura non inquam obstat quia Rm est Rxum in d. lege naturalis § 1. procedere in permutatione simplici

9

SIMPLICIS

in qua locus est pœnitentiæ Axum vero in dicta lege si pro fundo in transactione quæ licet permutationi assimiliter non tamen in ea locus est, pœnitentiæ propr. odium litium lege quamuis 39. codice hoc titulo atque ita ibi solum, super est actori actio præscriptis verbis omnino alio remedio destituto vt traddit, Gifanius vbi supra

Sed dices in dicta lege si pro fundo videtur interesse negotium facio vt des cum exco, quod mihi des fundum descendo à lite et relinquo tibi alterum fundum id in negotio facio vt des. non datur actio præscriptis verbis sed actio de dolo d. lege naturali § quod si faciam D. de rescriptis de præscriptis verbis cuius rationem late examinat Gilquenius in dicta lege cum mota ex numero 18 ergo sed respondendum est in dicta lege si pro fundo non esse negotium facio, vt des sed potius, do vt facias nempe do tibi fundum liberum vt à petitione fundique possideo et à lite descendas quo casu datur actio præscriptis verbis ex dicta lege naturali § et si quidem et § vt interpretatur Gifanius supra.

Quibus satis apparet, verissimum esse transactionem pacto tantum interpositam non actionem sed exceptionem tantum producere ex dicta lege siue apud eum alijs adeo vt nec calor Iuditij in transactione idefficere possit, vt actionem producat vt post plures quos refert et sequitur tenet Menesius in dicta lege siue apud acta numero 1 verbo sed non cui nos obstat Axum in lege cum ostendimus § fin. D. fidei tuttor. vbi fide iussio apud. acta facta tenet etiam si simplici contentu fiat nulla extipulatione interueniente licet vt fide iussio valeat per stipulationem concepi oppor teat lege blanditijs de fide iussoribus quia Rm est Axum in dicto § fin. procedere fabore pupilorum in quorum gratiam estipulatio suppletur vt post Grotum et Alexandrum tenet,

Menens supra numero 1. confiri.

Ultimo aduerte hanc inuestigationem hodie cessare de iure nro regio quo cautum est quemlibet alteri quoquomodo velit obligari posse ex lege 3. titulo 8 libro 3. ordinamenti ex que lege 2. tt.o 16 lib 5 recopillation. Vt traddit Menesius supra n.o 3.

Ad titulum codice de aduocatis diuerssorum iuditiorum.

diuerssa erant olim hec noia. Patronus aduocatus orator Rector et Caussidicus Vt testatur Cuiatius 5. traddunt Petrus Gregorius libro 49. sinthagmatum cp. 6. numero 2. Raderus ad Martialem libro 2. epig. 44. Donelus at Osualdus libro 18. commentariorum cp. 3. sed quidquid olim fuerit hodie idem est.

Patronus Causidicus et aduocatus Patronus quasi pater eius quem defendit Petrus Gregorius uel a Patrocinio ex Osualdo supra litera b in fine Caussidicus ex eo quod causas agitet Petrus Gregorius libro 47. Sintagmathum cp. 7. numero 8 vel ex eo quod curque facta sint caussas expediat si Apuleio creddimus quem sequitur Raderus vbi supra aduocatus ex eo quod aduocetur vt agat litem nostram ex Cuiatio in presenti Osualdus supra litera C.

Sunt igitur aduoccati qui causis agendis quoquo studio opperantur lege 1. § aduocatos C. de Donelus supra et si aduoccatorum numero non contineantur qui protractu litis ad futuri caussis accipere quod solent. Erant enim si qui litem protrahebant quos Moratores appellant Angelus libro 1. Semestrium cp. 2.

Folio 32. eo quod a Litigantibus assummantur in concilium ut lite quam longissime possint differant vel remoratores a Pisci remorat. qui sicut cursum nabcum impedit ita et hi causarum cursum inibent ut post Plinium et Aristotelem traddit Langleus supra.

Et licet hac adoccatorum descriptione procuratores etiam contineri videantur differunt tamen in nouilitate offitij nam Procuratores sunt veluti administri vel praeparatores aduoccationis ut latius traddit Petrus Gregorius supra dicto cp. 6 numero 6.

Vel dici potest praetoria aduoccatus qui dessiderium suum vel amici in iure apud Iudicem exponit, vel alterius dessiderio contradicit ut traddit Vlpianus in lege 1. D. de postulando ubi Cujatius Actum. Vbesemb. et Duarenus cp. 2. Paz in praxi. 1. titulo annotatione 5. numero 1.

Ad hoc autem ut quis aduoccationis offitium exerceat debeat esse Gradduatus in iure canonico aut Ciuili ex Fru in lege 1. titulo 16. lib 2. recop. debet que examen subire et curationem praestare ex dicta lege 2. licet hodie id non obserbatur ut traddit Paz dicto numero 17.

Nec alias si per peram aut per ignorantiam consulat teneatur in foro conscientiae damna clientis resarcire ut post Abbatem traddit Petrus Gregorius libro 47. cp. 7. numero 10. Lesius libro 2. cp. 31 dubitatione 8 numero 47.

Offitium aduoccatorum est honorificum et laudabile vitae que hominum necessarium ut pluribus traddit Ieraq. de nouilitate cp. 29. numero 11. et aduocatus,

Praesenobiles esse docet Ag in lege providendum codice depostulat. atque ita infames aduocati esse non possunt lege 1. § ait Praetor lege 2. D. de Post. tiraq; supra numero 13. Moditius in § responsa duuitat 1. quibus atum aduoccationis offitium prohibeatur latè tractat Petrus Gregorius supra ex numero 21. cp. 3 et 4. Donelus et Iligerus d. cp. 3. Et de qualitatibus aduoccatorum latè agit Matientius in dialogo rellatorum 3. p. cp. 57. et sequen. Pal. supra numero 4. Illigerus supra litera. q. Lancelotus Politus de offi. aduocatorum cp. Vltimo.

Illud necess. admonentis nequis antea offitium aduocationis agere incipiat quam vires suas diligenter exploret nam vt inquit Oratius,

Quod ferre resultent,
Quod valeant humeri.

Vt ita susceptum ate numus, perfectè explere possit vt docet Quintil. libro 2. de Oratorum inst. cp. 6.

Quibus sanè assimilatur ille aduocatus in modi quo sturpens qui sibi disertus non videbatur nisi tumulti et voci feratione hominia conculcent talemque fuisse Hebolum scribit Martialis libro 1. epig. 61. his verssibus =

Dum clamant omnes, loqueris tu Hebole semper
et te patronum, causidicumque putas,
hac ratione potest. nemo non esse disertus
ecce tacent omnes, Hebole dic aliquid

Qua etiam ratione et à ludibrio esse solent qui iam senes operam legali disciplinae nouare incipiunt, hinaq;

Nanque in alio seculo patrocinium clientibus parare curant. Ut docet Juanes fauer in premio instit. Verbo Cupide iubant. quae traddunt Gelius libro 15 noctium athicarum cp. 38. Horatius libro 1. sermonum satira 10. Unde recte Jocus ille Martialis libro 7 in catelum dum ait.

Cum sexaginta numeret Catellus annos
ingeniossus homo est, quando disertus erit.

Haec minus Jocosi et Eleganter idem Martialis libro 2 epig. 44. in taurum ibi.

Eia, age rumpe moras quot expectauimus usque
dum quisis diuitas iam potest esse nihil.

Licet si in aduocationis officio experti fuerint in quam prudentiores et qui minus dolis erartibus propter longani rerum experientiam decipiantur. Ut docet Matienzus 2. 3 p.e cp. 58. potius in patronus quam in Juuenes eligendi videantur.

Quod si queras in quo defferat titulus iste a titulo de postulando et a titulo de aduocatis diuersorum iuditium respondendum est defferre in eo nam in titulo de postulando agitur generaliter de munere stipulationis in titulo de aduocatis diuersorum Juditium agitur de priuilegijs diuersorum aduocatorum quae priuilegia late prosequuntur Cuiatius hic latissime Patius in methodicis ad hunc titulum cp. 5 Modisicius in § responsa du Vitatione 2. numero 6. Ubi plurima recenset priuilegia

Legia Gutierrez 1. practicarum questione 23
Rodrig. Suarez in lege 2. in fine libro 2. titulo
de los gouiernos verbo quinto quaeritur nº 12. et se
quentibus, et hoc in titulo agitur de personis aduocatorum
Vt traddit Petrus Gregorius libro 29. cp. 6. numero 8.

Tandem aduertas
quod licet aduocationis merces pro labore debeatur
non possunt salarium plus debito exigere vel si quis
aduocatorum codice depost. quod de iure communi
est centum aureorum lege 1. § pennultimo D. de
varijs et extraordinarijs cognitionibus idque excedere
non possunt. nisi certis casibus de quibus per Alexan
drum Treinta lib 2. pract. resolut. 1. ex numº 1.
titulo de postulando ne alias canes curiarum et de
curatores vocentur. Vt bocat Bartolus in lege
omnes populi D. de iusticia et iure. quosque Apuleius
vult iures thogatos applat tametsi laeta fronte accipiat
quod litigator sponte obtulerit nihil inde petentes ab
his nominibus liberari contendit Iraque d. cp. 29.
numº 18. adeo vt si sine fraude sponte oblatum re
cipiat vltra salarium bocatum non teneantur in foro cons
cientiae restituere vt post cannonistas et theologos
declarat idem Iraq. supra numero 38 et 54 hodie tamen
post legem 21. titulo libro 2. recop. ubi aunque de su volun
ta de se lo de la parte. Contrarium verius est vt resoluit
Gutierrez supra questione 31. Pal. ex numero 51.
nisi finita lite gratis et sine aliqua fraude offeratur
nam tunc recte accipere potest aduocatus vt elleganter pro
sequitur Pal. supra ex numº 53 Gutierrez libro 1.

Practicarum questione 31. numero 5.

Denique salarium et mercedem aduocato deberi licet litigatoris caussa ceciderit certi Iuris est argumento legis sed fane vltro D. deneg. gestis et glossa in cap. 1. 32. dist.

Imo et plus tunc addo, aduocato deberi quoniam si vicisset propter pudorem quem fert aduoccatus eleganti victus epigramate lib. 8. ad sextum existimat Martialis his verbis.

Egi Sexte tuam pactus duo milia causam
misisti nummos quot mihi? mille quod est
narrasti nihil, inquis, etate perdita causa est
tanto plus debes Sexte quod erubuis.

Licet aduoccatus sine lauore et reuolutione librorum respondeat tamen potest mercedem recipere nec alias doctior deterioris sit conditionis quam ceteri nec alias labores preteriti et sudores nostri sint nobis fraude et damno vt multis citatis resoluit Frag. supra ex numero 31.

An autem aduoccati possunt in foro aliae causam dubiam defendere questionis est et veriorem existimo posse dummodo dubitas illa ex aduocati dessidea ne sub oriatur vt pluribus citatis defendit Iuanes Gutierez libro 1. practicarum questione 26 cui adde Lessium, de iustitia et Iure libro 2. cap. 31. dubitatione 9.

Quod idem admitendum existimo, etiam si caussa aduersarij magis probabilis sit dummodo

De hoc admoneat Clientem et eius caussa probabilis sit et Ciuilis non autem si criminalis nam tunc non licet pro actore contrarium patrocinari quoniam tunc melior est conditio possidentis maxime in fauorem Vitae et Honoris Resoluit Gutierrez supra quaestione 27. Lessius supra dubit. 9. numero 53.

Quod si causa et iniusta relinquere eam debet alias in foro aie tenetur et ad restitutionem damnorum et expensarum omnium manet adstrictus ex lege 6. tit. 16. lib. 2. recop. a qua restitutione excusabitur si per ignorantiam iustam et non culpabilem causam iustam esse existimauerit v.g. si possibilem diligentiam adhibuit vt explicat Gutierrez supra quaestione 29. ex numero 5. adeoque verum est iniustam causam deserendam esse vt nec tutum esse videatur suum dicentem ad concordiam consulere et inducere vt videre est per Gutierrez vbi supra quaestione 28. Accebedum in lege 2. titulo 16 lib. 7. recop. Lessium supra dubitatione 8. numero 94.

Praeterea aduocatus non debet de quota litis cum Cliente pacisci lege si quis aduocatorum codice de postulando, quod si fuerit offitio priuatur et puniri potest Iudicis arbitrio vt pluribus traddit Trentacinq. libro 2. practicarum resol. 1. titulo de postulando ex numero 1. licet hodie in supremis tribunalibus bene potest percipere vigessimam partem litis dummodo non excedat quantitatem triginta millium marapetinorum et in alijs inferioribus tribunalibus si non excedat quantitatem quindecim millia marapetinorum vt traddit Pal. supra ex numero 63.

11.

Antyn. 7.

ADTXUM

in lege 1. codice hoc titulo cum lege et elegan ter § si dolo ma lo D. de dolo.

Illud inter omnia debet aduocatus obseruare ne clienten suum deserat et in aduersarij partes post susceptum sui clientes patrocinium transeat, est namque hoc crimen maxime puniendum adeo ut aduersus aduocatum qui aliter fecerit crimen preuaricationis intendi possit iuxta decissionem Ex9 in lege 1. in presenti preuaricatum putas. et ibi enim non dixit aduersus eum pro temeritate admissi sententia, codice hoc titulo tradunt post Bart.um et Salicetum et alios ibi Cuiatius libro 9. obseruat. cp. ultimo. Bupta Costa de facti scientia Centuria 2. distintione 55 n.o 4. Gregorius Lopez in lege 9. titulo 6 p.a 3 glossa 3. a Zeuedo in lege 13. titulo 16. libro 2. recop.

Quod autem sit preuaricator et eius poena late agunt Danauderius in praxi crim. cp 61. ex numero 35. Menoquius libro 2. de arbitra. cent. 4 casu 323 Petrus Gregorius lb 32 Sintagmatum cp. 21. Avendanus et Diadacus Perez quos refert Aceuedus in lege in lege 17. titulo 16 libro 2. recop. numero 3 et 4. Beargelius de dolo libro 5. cp. 18. ex n.o 17 et licet propie preuaricator dicatur ille qui publico iuditio accussaret lege 1. D de preuar. vel quia cum reo colludit et translatiue idest nigligenter munere accussandi defungitur lege 1. § preuaricatorem D. ad turpilianum ex latiori tamen significatione optime aduocatus qui diuersam causam adiuuat prodita causa sua preuaricator quasi variator dici potest est namque varicari intra sensum ire a varicibus dictum

Idest rem clis in cruribus quae propter tram vilem taues
cunt quo morbo qui lauorant recta via ire nequeunt.

Aduersarius igitur
que in aduersarium transierit relicto cliente et causam ase
susceptam prodiderit extra ordinem animaduerti debet lege 1.
in fine lege 2. D. de preuaricat. et infamis efficitur lege
athletas § pennultimo ff de his qui notantur infamia lege
9. titulo 6. p.a 3. et apud Persas et Indios ei qui clientem
deceperit per totam vittam silentium decepitur nolloque
magistratu aut honore dignus habetur ex alexandro
ab alex. libro 6. de iure gentium cp. 10. quod de iure regio
obseruatur ex d. lege 9. partitae. nihil enim turpius
habitum est ab antiquis quam clientes auxilio indigentes
deffere adeo vt legibus 12. tabularum cautum esset pa
tronus si clienti fraudem fecerit sacer esto idest scelestus
et execrandus quem impune licuit occidere nam vt festus
ait sacer est quem populum iudicauit ob maleffitium
magi fas est immolari et qui occidit parricidij non
damnatur et in infernis enunciari eleganter tradit
Virg. libro 6. Eneidus ibi

Hi quibus inuisi fratres dum vitta manebant
Pulsatus ve parens et fraus innexa clienti
saxum ingens voluunt

Ex quibus iam constat quam recte ab imperatore Antonino
constitutum fuerit vt cassu quo aduocatum preuaricatum
fuisse ex eo clientem in causa subcubuisset appareat
litem de nobo idest iterum ex integro agitandam bene
ffitio restitutionis in integrum ex lege 18. D. de mi
norum neppr. dolum aduersarij et crimen aduocati dam
num patiatur cliens maxime cum aequum non sit vt
quis propter collusionem cum aduocato aduersarij fac
tam atque ita ex proprio dolo aut delicto lucrum

Consequatur vndé merito rescindi sententia Iubetur ex dicta
Lege 1. ⁊ atque ita de principali causa denuo quæretur codice
hoc titulo facit Ax9 in lege 29. D de iure fisci cui consonat
de iure regio Ax9 in dicta lege 9 titulo 8 p.ª 3. in fine
Exornant post Bart. Salicetum Castrens. et alios Gifan.
et Nicolaus Asalis in præsenti a lege 1.ª

Sed obstat Axus
in dicta lege et eleganter 7. § si dolo malo D de dolo vbi Reo
per collussionem procuratoris absoluto agitur cum eo actione de dolo
ergo agi non potest denuo de principali causa cum si possit agi de
nuo actio de dolo necessario cessaret ex dicta lege et ele
ganter in principio et ex lege cum ante 25 ibi placuit ac
tionem de dolo non dari quia alio modo mihi succurri
potest nam ex integro agere possum D de dolo.

In qua difficultati
nimis se torquet Accursius quem non probauit Anto
nius Fauer in rationali ad Axum in dicto § si dolo
malo verbo de dolo actio et si Accursium sequantur
Bart. in dicta lege 1. vbi Romanus numero 8. Bar
gal. de dolo libro 13. cp. d. numero 53.

Quare Cuiatius ali
ter ibi respondere conatur cuius solutionem deffellit
idem Antonius fauer et eam absurdum appellat et ominissa
alia eiusdem antoni fauri vbi supra alia Gifanius
in hac lege 1. quæ fere coincedit cum solut. cuiatij
in dicto § si dolo malo respondendum est Axum in lege
1. procedere in aduocato præuaricatore Axum vero in
dicto § si dolo malo in procuratore inter quos maxima
est differentiæ ratio nam aduersus procuratorem habet
Dominus mandati actionem virtute cuius consequatur
quod sibi ablatum fuit atq; ita sententia retractari
non debet et si soluendo esse dessierit procurator tum

in subsidium actio de dolo aduersus reum absolutum datur
ne ex dolo suo lucrum consequatur at aduersus aduocatum
nulla clienti competit actio atque ita merito datur res
titutio et sententia per collationem fraudem ut eius
lata retractatur quae interpretatio confirmatur Rx
in lege 51 procurator 10. ibi. rem iudicatam rescidi
non opportet cum siquid fraude vel dolo egerit procu
rator conuenire eum more iuditiorum non prohibearis,
codice de procuratoribus ita solus et noua ex his quos vi
derit Nicolaus Asalis ad sicilimenta iuris in dicta l. 1.
codice hoc titulo.

Sed dicessi ex eo quod nulla superest actio cli
enti contra aduocatum cessat actio de dolo et causa denuo
restauratur ergo cassu quo procurator soluendo non est
tunc cum nulla remaneat Domini actio cum effectu
contra procuratorem siquidem in nanis sit actio quam in o
pia debitoris excludit debuit etiam et integro agi non
admissa actione de dolo quae famosa est, firmatur
etiam haec consideratio ex dicta lege si procurator 10
codice de procuratoribus ubi tunc docet Rx rem iudi
catam rescindi non oportere cum procuratorem con
venire Dominus possit at eo cassu quo soluendo
non est procurator in effectu conuenire nequit q.
etiam in procuratore causa denouo instaurari potuit
atque ita nulla erit diferentia inter aduocatum et
procuratorem ut Nicolaus asalis constituebat

Qua propter respondendum constituo Rx in dicta lege 1. proposuisse 1um re
medium quod actori contrarium absolutum competebat
nempe quod causa denuo decidatur probat prouata
collussione quod si reus absolutum per collussionem iu
ditium illud respicere nollit cum inuitibus eodem iuditio

Iuditio vix vexari nequeat & famossum iuditium evitare nollit tunc ne ex proprio dolo comodum consequatur actio de dolo aduersus eum dabitur iusta decissionem Tx9 in dicta lege et elleganter in §. si dolo malo D de dolo per quem sic declarari debet Tx9 in presenti lege 1.

Nec obstat Tx9 in lege si procuratorem 8. §. 1. D de mandati vbi simpliciter docemur, reum absolutum per procuratoris collussionem actione de dolo teneri si procurator soluendo non sit quia Tx9 iste intteligendus & declarandus est 2us distintionem tradditam in dicto § si dolo malo V. Verg. si paratus non sit pristinum iuditium subire

AD titulum codice ex quibus causis infamia irrogatur.

Vide his que ad legem 2am codice de dignitatibus libr 10. et praterea queri potest in quo differat titulus iste a titulo de infamibus libro 10. & respondendum est differre in eo quod in hoc titulo agitur de causis quibusquis infamis efficitur vt in titulo D eodem at in titulo codice de infamibus agitur de effectu infamie vt post sicardum traddit Seleifus in rubrica huius tituli num° 1.

Dubitari tamen potest an Palidonia infamet et licet Minsingerius in § in summa in n° 43. institut. de iniurijs id affirmet contrarium tamen tenet Gail. 1. obseru. cp. 65 & plerunque in hac causa honoris reseruationem fieri testatur vbe semb. ad titulum de iniurijs numero 18.

Et an illi qui bonis cedunt infamia nocentur quis esse solet et distinguendum est an cessio ex accidente calamitate an ex precedenti bonorum decoctione fiat 1° casu neque iuris nec facti infamiam incurrere 2° autem sic nouela 139 in prefactione

Otomani q. illust. q. 24. in fine alij autem ut cujatius et ubesemb. aliter distinguunt ut per selessum in R.a D. hoc titulo num. 22.

Praeterea adverte quod licet spurij ab aliquibus tamquam infames habeantur tamen verius creddiderim eos neque infamia facti nottatos esse ut tenet Aromanus Pistor libro 1. questione 30 et 36. Paleoto et notis et spurijs cp. 55. q. illust. decissi. 48. n. 3.

Tandem adverte infames repelli ab honoribus et dignitatibus ex lege 2. codice de dig. ubi communiter scriventes et ab beneffitijs eclesiasticis reppellendi sunt quod inteligendum est iusta traddita per Ill. Garc. de benefitijs 2. tomo 7. p.e cp. 8 numero 33. cum sequentibus repelluntur etiam et a testimonio ferendo id ut in criminalibus omnino prohibeantur at in civilibus tantum prohibentur. si infamia iuris notati sint quod, si in infamia facti non iten ubesemb. D. hoc titulo numero 8. Clarus § finali q. 24 numero 13. traddunt alij quos refert Selcifus supra n.o 18.

Antyn.a 8. Ad textum in lege 3. cum lege 6. cod. hoc tt.o

Etsi infamia semel contracta sit purgari tamen solet tempore (verbi gratia) si quis ex caussa famossa poena temporali plectitur tunc enim tempore illo elapso inter infames haberi non debet prohibita namque ad temporis, post tempus promissa censentur praesertim cum aequum non videatur ut poena tempore determinata contra senie fidem ulterius porrigatur ita apperte colligitur ex d. l.e 3. cod. hoc titulo. cui adstipulatur, idem imperator in lege 2. cod. de his qui in exilium ducti. 2.o adstipulatur

J. C. Vlpianus in lege 2. § alia causa ibi, Sic enim im
pleto tempore decurio est, D. de decurionibus 3° adstipu
latur idem J. C. Vlpianus in lege generaliter 3° verbo
Imperator ibi completo tempore fungi honore et offi.°
possit D. de decurionibus. 4° Papinianus in lege Impe
rator 8. D. post finem temporis dignitatem respondere re
cuperare D. ad legem Corneliam de falsis et tandem de Iure
Regio consonat Tex. in lege 11. titulo 6. p.ª 3. Vbi Greg.°
Lopez Glosa 2.

Quod adeo verum est vt distin
guendum non sit ex quo crimine fuerit pœna irrogata vt
expresse constituit Papinianus in dicta lege Imperator
nec minus exageranda est sententia quæ certum
modum aut finem habet cum pœnæ non exageranda
sed minuenda potius sit traddunt Bart. Bald.
Salicet. et antiquiores in dictis Iuribus Cuiatius lib. 2.
Papinianus in d. lege Imperator Antonius fauer
in rationali ad eum Tex. vb Bart. Bald. Me
nochius Conclussio 8. numero 36. Volum. 1° Gifan.
in dicta lege 3. codice eodem titulo vbi Sicardus Donellus
et Osualdus libro 18. cap. 8. litera f. cum sequentibus
nouissime Cugatius in suo epitome lib. 4 ad Tex. in d. l.
§. ordine D. de falsis folio mihi 779. Greserus tractatu
de fama cap. 7. numero 102. Robertus libro 4. sententiarum
cap. 15. Luppus allegat, 63 num.° 6. Romanus singulari
373 Othomanus lib. 2. q.ᵘ illustrium cap. 20. Julius Pa
tius in Methodicis ad titulum cod. ex quibus causis
infamia irrogatur cap. 6. num. 15.

Sed ex aduerso omnibus sup.ª dictis

Obstat Rx in cap. 6. ti sed clamo infamiae post impletum tem
pus subiiciuntur cod. hoc titulo cui decissioni fabet,
I. J. C. Papinianus in lege ad tempus s. ab impertetuum
moveri placuit, D. de decurionibus 2°. Idem Papinianus fabet
in lege ordine 15 2° responso ibi, Nihilominus inter infa
mes haberi, D ad munic. 3. J. C. Arrius Menandez
in lege qui cum uno § ad tempus ibi ut si contineat infa
miam perpetuam idem observetur, D de re militari

Cui difficultati ammi
ssa solutio glosa et Bart. quam reiiciunt Rebertus de cap. in n° 11.
Gifanius supra alia Donelus supra literis qq. qui verba
dictae legis 3. ibi in numero infamiam apperte violat alia Duar.
ad titulum de post. cap. pen. quam reprobat Osualdus
supra literis h. h. alia eius dem Osualdi ibidem, cui nec
ipse placuisse videtur alia Cuiatij supra et Antonius
Fauer in rationali ad Rxum in dicta lege imperator
ibi ut solet Tribonianum accussare respondendum
est Rxum in d. lege 3 cod. hoc titulo procedere quando
damnatus qui fuerat ex leviori crimine quod per se
infamiam perpetuam non habebat sed Judex eam im
posuit quo casu aequum non est ut poena a Judice
statuta et tempore circumscripta contra sententiae fi
dem prorogaretur ut in d. lege Imperator ad Rxum
in dicta lege 6. h. eodem titulo quando crimen tale
erat quod ex se infamiam perpetuam et a Jure afferebat
quod vel contingit ipso iure ut in lege Palam 43. §.
non solum D. de ritu nuptiarum vel contingit cum in
damnato infamiam irrogat ut in damnato actione furti
quibus casibus transacto tempore adhuc infamia durat
cum perpetua causa et famosa perpetuum et infamem pro
ducat effectum maxime cum iuris authoritas non sit

sit, in potestate iudicantium ex lege ordine D. de munic. et vt inquit Cicero pro auttent.° turpi Iuditio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur. Tradunt explicantq; Vbesemb. in rubrica D. hoc titulo cui assentit o Sualdus supra admitit Patius in method. d. cp. 6. numero 15 Gifanius in presenti lege 3. idem etiam sentit Tertulianus de expectaculis quam solutionem admisisse videtur papinianus in d. lege ad tempus supra D. de Iur. nec displicet alia interpretatio Nicolas a Salis ad sicili menta Iuris in d. l.e 3. codice hoc titulo.

Sed huiere solutioni obstat Tex in dicta lege 6. codice hoc titulo. Vbi simpliciter dicitur damnatus ad tempus finito tempore infamem ramaneri q.° superior distinctio corruit - sed respondendum est eum Tex.um procedere in damnato ex causa famosa quod non male colligitur ex eo quod damnatus ibi in opus publicum damnatus fuerat quae poena tam grauis est vt nemini nisi ex causa famosa imponatur.

Sed adhuc obstat Grauiter Tex in dicta lege Imperator b nec adhibenda est distinctio quo crimine exilium sit irrogatum D. de postulando quibus verbis apperte constituit Papinianus non esse distinguendum ad hoc vt infamia tempore extinguatur an ex causa famosa vel non famosa fuerit irrogata,

Quae difficultas grauior est ex eo quod idem Papinianus in dicta lege ad tempus supra D. de decurionibus contrarium omnino constituit nempe distinguendum esse ex quo crimine condemnatio temporalis fuerit sequta ita vt si ex eo crimine imponatur quod ignominiam importet in perpetuum duret remotio

Cui difficultati ommissis varijs solutionibus

Cuiatij, Duaren. et fabr. Greberij, quas refert Osualdus supra respondendum est Tum in dicta lege Imperator intelligendum esse quando fuit temporalis pœna impossita ex eo crimine quod per se infamiam non irrogabat quo casu non adhibetur distinctio quo crimine fuerit a iudice infamia irrogata nam siue sit ex hoc siue ex illo crimine infamia per iudicem tempore determinata longius non protenditur ne pœna contra sententiæ fidem porrigatur vlterius vt inquit Papinianus ibi Tum verbo in dicta lege ad tempus procedere quando fuit quis ad tempus remotus ex eo crimine quod ex se infamiam irrogabat vt constat ex eodem Tum ibi ex crimine quod ignominiam importat ita respondet Patius d. cap. 6 numero 15.

Nec solutio ista diuinatoria est ad Tum in dicta lege imperator 1º quia infamiam esse ibi impossitam per iudicem et non ex crimine ipso constat ex ratione Papiniani ibi ne pœna tempore determinata contra sententiæ fidem vlterius porrigatur quibus apparet infamiam impossitam per sententiam fuisse 2º quia Tum in dicta lege Imper. et Tum in d. lege ad tempus, sunt eiusdem Papiniani et medelam lib. 2. q.m ex qua consideratione certo certius apparet papinianum loquutum prius fuisse de eo crimine quod infamiam non irrogabat in dicta lege Imperator et statim adiecisse disputationem quis quo casu quis ad tempus fuerat remotus ex eo crimine quod infamiam importabat, a qua difficultate facile nos liueraret Tribon. si post Tum in dicta lege imperator statim adiungeret Tum in dicta lege ad tempus sed ad nostrum propositum satis erit nobis scire illa duo iura eiusdem Iuris consulti et ex vno eodem quo loco desumpta fore vt necessario intelligamus papinianum prius loquutum fuisse de eo crimine quod infamiam non irrogabat posteaque prosequutum fuisse cum casu ex quo crimen scilicet erat quod ignominiam importabat ne aliaque

Vnum et eundem iuris consultum Pap. affirmare et negare simul, et statim constituamus quid quid Antonius fauer supra contendat.

AD Titulum codice de dolo Malo =

Interuarias causas restitutionis dolus commemoratur qui vel in bonam vel in malam partem accipi possit Nam alius dicitur bonus quod proprie solertia appellatur vt si adhibeatur aduersus hostes aut latrones de quo dolo accipi potest illud Martial. lib. 9. cp. 22. ars est captandi quod nobis velle videri

est igitur bonus dolus si ipsum vel alterum proprias res aut alienas iuuandi inuenta simulatio ex Bargalio lib. 1. de dolo cp. 3. numero 1 de quo exemplum proponit Caluinus de verbis iuris verbum dolum ex Carolo Magno qui cum intellexerit patrem et filium accusatos de homicidio nolle

adhibitis confiteri probato quod aliter eorum vere homicidium propetrarat iuris ambos suspendi quod cum pater vidisset delictum fassus est vt filium liueraret que cautela locum no habere in extraneo tenet idem Caluinus supra si verum est vulgare illud.

Solatium est miseris socios habere pennatos

Alia exempla refert Bargalius de dolo cp. 3. n.o 6.

Alius dicitur malus qui vocatur falacia caliditas circumuentio machinatio fraus et malitia vt late docet Patius in metodicis ad hunc titulum cp. 1. de quo dolo malo agitur in hoc

est igitur dolus malus ammissa seruijdi finitio quam Labeone deprehenditur omnis caliditas falacia machinatio circumueniendum falendum et decipiendum

alterum adhibita ita definit Labeo et veram deffinitionem esse docet Vlpianus in lege 1. § dolum D. de dolo et explicat Patius supra cp. 2. Calvinus verbo Dolus aliter et perfectius videtur deferisse Palu. I. C. in lege magna 226. D. de verborum significatione vt dolus sit magna culpa quam definitionem explicant et perfectionem dicit Patius supra cp. 2. num. 6.

Dictus est dolus vel a verbo greco olso. quod significat ligare eo quod homines dolo inducti sepeligentur ver a verbo greco δελο. quod allicere significat et veluti ex causa quadam capere quasi hi qui dolo decipiuntur capiuntur xa illud Ouidij.

Verba quo de xultas suasse mihi verba dederunt
Sumq. parum pruden capta puella doli

Vel vt alij volunt a verbo dolare quod est diminuere vt apud fabros cum asperitas ligni complanatur quasi dolus eum qui decipitur diminuat ita Bargalius de dolo lib. 1. cp. 1. ex num. 14 = Ex isto dolo actio doli nascitur concessa ex edicto pretoris ex l. 1. in principio et § 1. D. hoc titulo et iustissima ratione constituta ne scilicet dolus dolosso possit et alteri noceat presertim cum hec actio detur in subsidium ceterarum lege 2 codice hoc titulo atq. ita censantibus alijs remedijs vt dolus hac acti vindicetur Patius supra p. 3 num. 31. adeo vt iuramentum contractui dolosso robur habere nequeat neque absolute opus sit ex Immola in cp. cum contingat numero 49. de iure iurando Nevicano N. 22 numero 5. et 15. cogn. in lege 2. codice de rescind. vend. numero 98. quos sequitur Minsingerius decade 6. responso 56 num. 28.

Cum actio doli vt,

Ut competat tria desiderantur 1.um ut dolus interueniat nec sufficit qualis sed necesse ut sit magna caliditas. quoniam hæc actio cum sit infamossa non est de ficilli cõcedenda lege eleganter § vlt. D hoc titulo.

2.um ut nulla alia actio ei competat quia hæc actio est famossa et in subsidium data dicta lege 2.

3.o Iusta caussa esse videatur ex lege 1. §1. D hoc titulo quod explicat et prosequitur Patius supra numero 1.

Eandem aduerte hanc doli actionem odiossam esse ut nec litis contestatione perpetuetur ut post glosam et Dd. in lege fin. cod. hoc titulo traddit Vbsemb. in rubrica D. eodem numero 8 assentit Selcifus tb numero 6. et si contrarium doceat Cuiatius tb 18. obseruationum cap. 29.

Antyr. 9.

AD Textum in lege 1. codice hoc titulo cum lege si mandato 56 §1. D. Mandati et lege 2. D. de pignoribus

Certissimum iuris principium est actionem de dolo non dari nisi eo casu quo omni rem destitus sit qui dolum passus est lege 1. §1. et 2. lege 19 §. si dominus D de dolo lege 2. codice hoc titulo cuius resolutionis ratio ea est quia actio doli famosa est atque ita non debet temere a Pretore dicerni dicta lege 1. §2. maxime cum introducta sit in subsidium et in deffectum aliarum actionum et consequenter danda non erit nisi alio remedio destitutus actor ut traddunt communiter omnes in dicta lege 1. §1. et 2. et in dicta lege 2. codice hoc titulo exornat post alios Bargalius de dolo libro 4. cap. 1. n.o 79. et lib. 7. reg. 4. Ex quo et illud fluxisse videtur quod si

Fideiussor á credit.e pignora emerit possit actione de dolo conueniré si oblata quantitate sortis et vsurarum per debitorem pignora ipsa cum fructibus quos bona fide percepit ñ restituat debitori vt expressé constituerunt Imperatores in dicta lege 1. codice hoc titulo cuius rationem traddunt Sicardus num.o 1. et 2. Gifanius ꝑ consonat de iure regio Axus in l.e 45. titulo 13 p.a 5 nulla nanq; superesse videtur actio qua fideiussor á debitore posset conueniri vt consideret Petrus Veloius lib. 2. variarum cp. 6.

Sed obstat Axus in d. lege si mandato 19. §1. ꝑ fideiussorem qui rem pignoris iure obligatam á creditore emit mandati iuditio oblato omni debito restituere cum fructibus cogendum D. mandati

Cui difficultati omissis quinque solutionibus glosæ in dicta lege 1. verbo de dolo quæ omnino diuinatoriæ sunt.

Communis interpretatio est Axum in dicta lege 1. dum docet debitorem agere posse actione de dolo non esse intelligendum de actione de dolo prætoria et speciali sed de actione mandati quæ in ea specie competit propter dolum ita vt nomen doli in d. l.e prima non pro actione sed pro fraude accipiatur ita tenet Accursius Azo. sequuntur Bart. Sicardus et Gifanius hic Patius Cent.a 2. solutione 74 Cugatius lib. 3 obseruationum cp. 37. et lib. 4. respondo Pauli in d. l.e si mandato §1. D. mandati.

Sed hæc communis sententia corruit 1.o quia repugnat verbis dictæ legis 1.æ ꝑ de dolo possit actio exerceri &.a quæ verba &.a supra dictam interpretationem apperte violantur 2.o quia si vera esset Axus in præsenti l.e 1. non esset collocandus sub isto titulo codice de dolo sed sub titulo mandati propter quam difficultatem Cuiatij d. cp. 37.

Incessat Tribonian. qui textum istum sub hoc titulo collocauit quibus rationibus communem interpretationem reiicit P. Belouis supra d. cp. 6. et tandem ammissa alia eiusdem Petri Belouii distinguentis inter ipsum debitorem agentem et heredem debitoris quae non placet R.um est actionem de dolo licet regulariter concurrere non possit cum alia actione ex supra dictis recte tamen concurre cum actione mandati quae famossa etiam est sicut actio de dolo lege furti § mandati D. de his qui notantur infamia et ratio est quia praetor non alia ratione Pixit in dicta lege 1. D. hoc titulo si alia actio non sit nisi qui actio famossa non debuit temere a Praetore decerni ut docet Ulpianus ibi Unde cum ille qui propter fidem nuptam actione mandati condemnatus infamis remaneat sicut si actione de dolo condemnatus fuisset mirum non est si in specie nra actio de dolo de qua in d. lege 1. cum actione mandati de qua in dicta lege si mandato §1. concurrere valeat ita respondet Antonius Fauer in rationali, ad Nu in d. lege 1. § ait Praetor D. de dolo

AD TITULUM

codice de inoffitiosso testamento

Inter alia remedia quibus testamenta infirmari solent inoffitiosi testamenti quae rela commumeratur quae iustissimis de causis introducta fuit casu quo filij vel alij quibus legitima debebatur exheredati et exclusi ab hereditate inueniebantur et merito cum plerumque falso parentes instimulati liberos suos exheredant ut docet Marcelus in lege 3. D. hoc titulo atque

Ita consentiendum non est parentibus iniuriam ad versus liberos suos indicere quod plerumque faciunt maligne contra sanguinem suum inferentes iudicium nouercalibus delimentes instigationibus que corrupti ut inquit Caius in lege 4 D. hoc titulo

Facit etiam nam cum legitima pars que filijs et parentibus debetur a lege naturali naturae et ciuili debeatur lege cum ratio de bon-damnat. lege scripto D. unde liberi et testator facere non possit ut leges in suo testamento locum non habeant merito si filio exheredauerit testamentum eius per querelam infirmabatur cum filij iure suo sine facto eorum priuari non possunt

Iuuat preterea quia testamentum inoffitiossum sic dictum quasi contra offitium pietatis factum tanquam si ad ementi factum fuisse reputatur unde cum testamentum factum nulla ratio valere permittat, ita nec testamentum quo filij et parentes exheredati sunt quis enim sanum mente putaret, qui crudelis in filios suos quodammodo obliuiscitur peccat nanque contra naturam qua et animalia ratione carentia suos filios diligunt l. 3 § fin. D. de iustitia et iure quod considerans Diuus Angelus hereditatem ecclesie relictam existentibus testatoris filijs recusauit ut refert in cap. quicumque 17. q. 4. et concilium Gangrense parentes excommunicatione damnat per filijs nutrimentum et necessaria non exoluunt ut habetur in cap. si quis reliquerit, 30 dist. explicat Petrus Gregorius tit. 44. sintagmathum cap. 4 n° fin. exornant Othomanus principio inst. hoc titulo Connanus tit. 9 commentariorum

Commentariorum cp. 8. Valerius lib 7. cp. 8. et Quintil. lib 7. Hæredius lib 3. rerum Iudicatarum titulo 14. cp. 5.

Est igitur testamentum inoffitiossum si Paulo lib 4 sententiarum lib 5. Credimus testamentum quod frustra liberis exhæredatis non ex offi.o pietatis videtur esse conscriptum sed hæc Pauli definitio pluribus reprobatur ut per patium in methodicis ad hunc titulum cp. 1. atq; ita sic ipse definiendum putat ut sit testamentum de iure validum contra offitium pietatis factum, ea persona indigne exhæredata vel præterita cui legitima quidem petitio ex bonis testatoris debetur quam definitionem explicat et prosequitur Idem Patius supra.

Quod autem sit querela inoffitiossi videndum est nunc et omissa difinitione Ubesemb. ad 3. lib. Codice in principio huius tituli numero 7. dicendum erit querelam inoffitiossi esse imploratione offitij Iuditis qua testamentum ut potè inoffitiossum rescindi postulatur ut traddit explicat Patius supra numero 8.

Quæ inoffitiossi querela nec iure ciuili nec prætorio nec lege Glicia ut existimat Cuiatius lib 2. observationum cp. 21. sed potius usu et consuetudine inducta fuit ut plurimis argumentis probat Patius 2. cp. 2. numero 10. et post Donelum lib 19. Commentariorum cp. 40 Elleganter explicat Osualdus litera P.

Sed tamen inquirendum erit quæ sit vis et natura huius querelæ inoffitiossi testamenti et Cuiatius in parathitlis huius testamenti existimat per hanc querelam et testamentum rescindi simulque hæreditatem peti ita ut querela sit coniuncta cum petitione hæreditatis quod etiam sensit Connanus supra traddit et latius prosequitur Ubesemb. supra ex numero, 6. cum sequentibus.

Contrarium tamen immo querelam distinctam esse a petitione hæreditatis et per eam

tantumpeti rescindi titulum ita ut querela sit veluti perpetrato
ria ad petitionem hereditatis verius existimo ut cum communi
resolvit Patius supra cp. 1 numero 6. ubi ratiosa adiicit et
numero 7. ubi argumentis contraria sententia plene
satisfacit.

Competit hæc inoffitiossi querela liberis utriusque
sexus lege 15. lege 20. lege 22. D. hoc titulo tam natu
ralibus quam legitimis § tam autem Inst. hoc titulo explicat
Herodius supra cp. 1. sequitur Latius Patius supra 4
ubi semb. ex numero 35. et an filijs spurijs detur que
rela traddit ubi semb. supra numero 37. competit etiam
parentibus contra liberorum testamenta lege pater 14
lege cum filium 17. D. eodem ubi semb. supra num. 28.
et 37.

Competit preterea et fratribus et sororibus adhibitis
tamen conditionibus de quibus per pacium d. cp. 4. num. 17.
cui adde ubi semb. sup. ex numero 30. cum sequenti
bus Aortolfus formam disp. 16 thesi 17. in fine quibus adde
Seleucum in praefrassi D. hoc titulo num. 3. ubi quærit
an spurio instituto hærede detur fratribus querela inoffitiosi
et refert affirmativum tenere Baldus et Faquinerus
lib. 4. coniecturarum cp. 93. ubi plures citat tandem adver
te quam plures esse causas propter quas competere aut non
competere potest, querelas quas legilatim recenset Pa
tius supra cp. 6. ex numero 23.

Antyn. 10.

Ad textum in lege si hæredum
10. codice hoc titulo, cum lege filius
famil. 114 §. qui intestato D. de
legatis primo et cum lege filium 20.
ff. de bonorum possessione contra tabulas

SI HÆREDES

à patre instituti post additam hæreditatem quod commiserint propter quod bona acquissita ad fiscum peruenerit ad huc filio exhæredato querela remanet contra fiscum adeo vt si bona patris vt pote vacantia fiscus teneat possit eam querelam apud procuratorem Cæsaris proponere Indicta lege si hæredum codice hoc titulo quam sic intteligendam esse verba ipsius legis apperte demonstrant, vt constituit Antonius Fauer lib 17. comment. cp. 2. admitit Patius in methodicis ad hunc titulum cp. 5. in fine Duarenus infra.

Sed huic impp. rescripto sortitur obstat nam si quid in toto iure certum illud est querelam inofficiosi tunc demum competere cum hæredes scripti adierint hæreditatem nam si eam repudiauerint filius exhæredatus ex asse, hæres erit non secus ac si pater ab initio intestatus decessisset dicta lege filius 20. D. de contra tabulas, vt Bart, traddit vbi semb. ad 3. lib Codicis in principio numero 84 Duarenus ad hunc titulum cp. 9. in principio sed cum fiscus bona alicuius occupat tanquam vacantia non adest hæres qui adeat et acquirat cum bona vacantia illa demum sint quæ successionem nec ab intestato habent d. lege filius 114. §. qui intestamento D. de leg. 1. lege 2. in fine D. de succes. edicto ergo vnum vel alterum vt dicamus necesse est vel non esse dandam querelam filio aduersus fiscus in 2. casu dictæ l.is si hæredum vel bona ob non fuisse vacantia quod vtrumque simul affirmant Imperatores.

Propter quam difficultatem antonij Fabri sup.a existimat verba illa vt pote vacantia in illa lege vacare atque ita delenda esse quasi alicuius imperiti interpretis sed abiit hæc iurium corruptela

Quare respondendum existimo textum in d.l. si hæredem in 2.o casu procedere quando bona testatoris occupata fuerunt à fisco antequam hæredem adissent quid quid

Contrarium contendat fab. l. cum id manifeste probent verba illa vel ipsius Quintiniani bona &c. atque ita cum fiscus crederet nullum haeredem a Quintiliano existere bona ipsius ut pote vacantia tenet quo effectum fuit ut filius conveniri possit fiscum non per querelam cum nullus b fuisset haeres qui haereditatem acquisisset sed per petitionem haereditatis qua a fisco bona quae ipse occupabat tamen vacantia peti possunt ita Accursius ibi glosa fin. ubi difficultatem hanc praesensisse videtur sentit alvericus in d. lege 10.

Sed dicessi querela in offitiosi non habet locum in 2. casu illius Ax. qui non debuit collocari in praesenti titulo sed in titulo codice de pet. haereditatis

Sed R.m est recte Axum in dicta lege si haeredum collocatum fuisse in hoc titulo cum in principali sui decissi de querela in offitiosi tractentur et licet Imperatores veluti quondam excessu ut omnibus casibus occurrerent illum proposuerunt in quo non querela sed petitio haereditatis locum habeat non inconvenit ut recte Ax. ille collocatus intelligatur

Ad titulum codice de rei vindicatione

Post in superioribus titulis actum fuit de actionibus universalibus rerum requiritur specialis in rem actio quae rei vindicatio appellatur &c.

Rei autem appellatione plura significantur, de quibus per Alciatum Rebuffum et Brocheum l. 1. supra et in lege 25 de verborum significatione Mosconius tit. 3. dilucidatione 1. ex num.o 1. Seraderus late libro 2. Inst. § 2. ex numero 1. tamen in hoc titulo significatur dominium et proprietas ut post Cuiatium in lege 1. D. hoc titulo tenet ubi semb. ad 3. tit. codice hoc titulo in principio n.o 1. et vide Gilquerium ad titulum de rerum divisione in praeludio numero 1. qui latius prosequitur

= Vendicare autem seu Vindicare quod Idem est ex Ant.o Agusto lib. 3. Emmend. cap. ultimo ultra Varias significationes quas traddit Ubesemb. supra numero 2. significat. intendere rem esse suam Lege Quintus 27. §. D. de auro et Argento legato traddunt Plinius lib. 47. Cicero pro archia et Ouidius lib. 4. de ponto, Elegia 1.

Est igitur rei Vindicatio actio realis quae competit rationi Dominij Velquasi ut docet Accursius in lege unica codice de alienat. Jud. Verbo cum in rem alias difinitiones traddit Ubesemb. supra numero 3.

Formula huius actionis ex parte actoris cum res immobilis Vendicabatur haec recepta erat fundum qui est in agro qui Sauinus Vocabatur meus, est cum ego ex iure meum esse aio ibi ego te ex iure manu consetum Voco. traddunt post Ciceronem et Gel. lib. 20 noctium athicarum numero 9. capite in qua 9. Corr. in § omnium, numero 10. Inst. de actionibus Alciatus in d. lege peccuniae Verbo Vendicatio Verbo rei Mobentis apud iudicem sic fiebat ut ille ut illi qui Vindicabat, rem in iuditio exhibitam tenens diceret hanc ego rem ex iure quiritum meam esse aio cui aduersarius respondebat at ego eum contra Vendico quod si aduersarius contra non Vendicabat sed actui assentiebatur in iure Caesareo dicebatur ut traddit Alciatus supra postea autem tam in rebus mobilibus quam immobilibus promissis que haec firma obserbabatur si apparet me huius rei Dominum esse Iudex aduersarium condemna ut post Theofilum docet Corrasius supra.

Cuius Vendicationis formula meminere Virgilius egloga 9. b, Ouidius de arte amandi b.

Et dicam mea sunt iniiciamque manus et ibi, quem Venus. iniecta Vindicat alma manu

In hac actione Venis res cum fructibus et omni causa damni

dati adhibita tamen distinctione inter bonae et malae fidei possessorem docet autem hic late Patius in methodicis hoc titulo cap. 1. ex numero 32. ubi omnia quae in actu veniunt cumulat et prosequitur ubi semb. supra ex num. 61.

Competit haec rei vendicatio domino tan de iure gentium quam civili lege in rem actio 23 D. hoc titulo et tan domino directo quam utili veluti superficiario lege in speciali 73 § 1. D. hoc tit.° et emphiteutae lege 1. § 1. D. si ager. Vectigalis late Patius supra cap. 1.

Atque ita qui hanc actionem intentat probari debet se dominum esse instrumentis testibus vel certis inditijs traddunt autem contra Pacius supra cap. 2 numero 16. de quo late scripsit ubi semb. ex numero 39 cum sequentibus.

Datur praeterea contra eum qui proprie sive improprie possideat quocunque modo rei restituendae facultatem habeat ut pluribus iuribus confirmat Pacius ubi proximi ~~[illegible]~~ d. cap. 2 numero 16.

Tenetur etiam et ille qui licet non possideat dolo tamen desit possidere lege quod si dolo 22. D. hoc titulo explicat et prosequitur Patius supra cuius rationem traddit Bargalius de dolo lib. 6 reg. 12. num.° 2. q numero 11. explicat quo modo sit probanda reum desisse dolo possidere.

Antyn.a 11.

Ad textum in lege 2. codice hoc titulo cum lege adeo 7. § ex diverso ff. de acquirendo rerum dominio

Edificium solo cedere certissime iuris est et ideo si quis ex sua materia in solo alieno edificet totum

Procedit et eius erit materia cuius et solum etsi sciens solum alienum esse ædificaverit quis materiam donare velle præsumitur adeo ut nec directo ædifitio eam possit vindicare ex d. lege adeo 7 § ex diverso D. de acquirendo rerum dominio et ex § ex diverso inst. de rerum divisione ex 37 titulo 28 p.a 3. traddunt post Bart. Bald, et antiqui in dictis iuribus Gifanius Boreolt.
in dicto § ex diverso inst. hoc titulo Holtolfus formanus disp.e 9. thesi 17. Iuanes Gra. de expensis cp. 1. n.o 17.

Sed obstat Ax.us in dicta l.e 2. codice hoc titulo sive bona sive mala fide ædifitium extructum sit &c.a quibus probr. non sufficere quod quis sciens ædificet in alieno solo ad vindicandam materiam destructo ædifitio nisi probetur insuper animo donandi id fecisse

Cui difficultati ommissa accursij interpretatione in d. § ex diverssa Bart. in lege in fundo in num. 11. ff de rei vindicatione alia quam refert Baro in dicto § ex diversso alia eiusdem Varonis ibidem alia Francisci Sarmenti lib. 1. Select. cp. 11. alia Minsingerij in d. §. ex diversso alia Cuiatij ibidem quas omnes refert et refellit Faquineus lib. 1. con. cp. 55.

Respondi potest Axum in dicta lege 2. codice hoc titulo procedere casu quo ædificans in alieno solo ædificabat sciente et paciente Domino constat ex eo quod Dominus partis inferioris Domus in superiori parte eiusdem Domus habitabat atque ita licet sciens tunc ædifficet nisi animo donandi id fecisse probetur de ruto ædifitio materia poterit vendicari ut considerat Faq. d. cp. 55 in fine

Ad titulum codice de vssu fructu

INTERVA

Variae signationes quas Set. vsus fructus de quibus late Patius in metodicis ad hunc titulum cp. 1. illa, precipua est vt significet ius vtendi et fruendi re aliena quod ius DD. appellant vssum fructum formalem eo quod veram formam et naturam vssus fructus habet quem Cuiatius in lege 58 D. de verborum, nudum vssum fructum nominat de hoc igitur vssu fructu agitur in presenti qui sic difiniri potest vt sit ius alienis rebus vtendi et fruendi salua rerum substantia quam deffinitionem probant Paulus in lege 1. D. hoc titulo et Iust. in principio Iust. eodem quamq; late explicat Patius supra cp. 2.

Diuiditur vssus fructus precipue in formalem et causalem vt doctores constituunt sed in presenti tamen de formali agitur alias diuissiones traddit Patius supra cp. 4.

Constituitur vssus fructus in omnibus rebus que vssu non consumuntur nam si in his rebus constituatur que vssu consumuntur quasi vssufructus appellabitur lege 2. § 1. D. de vssu fructu earum rerum § constituitur inst. hoc titulo late Patius supra cp. 7.

Constitui etiam potest per testamentum lege 2. et 3. D. hoc titulo 2.o per mortis causa donationem lege 1. § illud D. de vssu fructu cum cabeat 3. per contractum lege 4. D. hoc 4.o ad iudicatione lege 6. § 1. D hoc titulo 5. lege vltima codice de bonis que lib 6. longi temporis prescriptione lege vltima codice de longi temporis prescriptionibus 7.o iure acrescendi toto titulo D. de vssu fructu accrescendo que late explicat et prosequitur Patius.

Antyn.a 12. Ad textum in lege si Domina 10 cod hoc titulo, cum lege si socrus 19 cod. de iure dot.

Vssufructum morte Vssufructuarij finiri certissimi Iuris est. § finitur inst. de vssu fructu lege 3. § fin. quibus modis vssus fructus amittatur lege vitio 18. hoc titulo lege 24. titulo 21. partita 3. cuius principij ea ratio est quod cum vssus fructus seruitus personalis sit, lege 1. deseruit. Vltra personam fructuarij ad hæredes eius extendi non potest. lege 1. D. e constit. Princ. explicant præter ordinarios hic et in dictis locis, Connanus lib 4. cap. 6. ex numero 3. Seuast. de Medicis intract. Mors omnia soluit. 2 p.e Petrus Gregorius 1 p.e sintagmatum lib 4. cap. 5. numero 7. Donelus lib 10. commentariorum cap. 7. Castillo de vssu fructu cap. 6.

Ex quo descendit quod si proprietarium vssum fructum locauerit morte conduotricis finiri et ad hæredes eius non transire lege si Domina 10. codice hoc titulo cui obstat difficilis lex si socrus codice de iure dot. & mortua conductrice vssus fructus minime extingui potest.

Quæ difficultas adeo gradus vt coegerit Martinum vere rem interpretem d. lege si Domina, emmendare pro illis verbis morte conductricis eius qui locauit reponere morte locatricis eius quæ conduxit refert Accursius ibi quæ emmendatio placuit Bartolus sed displicuit Otomano qui emmendationem alia emmendatione reiicit existimat pro his verbis ei quæ locauit legendum tibi etiam et vtendi et fruendi vnde et Gifanius hic existimat probatiorem esse emmendationem morte conductricis etiam vtendi fruendi caussa.

Litera tamen textus sine emmendatione retenta verius existimo cum Paulo de castro hic in lege si Domina locationem vssu fructus, factam fuisse ab ea quæ Domina proprietatis erat et ea ratione vssum fructum in persona fructuarij constitutum eius morte finiri in lege si socrus locationem ab vssufructuaria peruenire quæ cum alijs ius suum cædere non possit § finitur inst. hoc titulo vsu fructu

Non locauit sed solam commoditatem quae ad heredes conductricis transit Vnde haec duo iura non sunt contraria sed diuersa

Ad titulum codice familiae Herciscundae

Inter teruarias significationes quas habet nomen familia de quibus late patius in methodicis ad hunc titulum cap. 1. illa praecipua ibi est Vlt. Vt significet hereditatem seu substantiam bonorum lege Vlt. signific. lege pronunciato § fam. eodem titulo Vt in illis legis 12. tabularum verbis agnatus proximus familiam habeto d lege pronunciato § primo.

Herciscere est idem quod diuidere hinc dictum iuditium familiae herciscundae eo quod familia hoc est hereditas hercisci id est diuidi petatur

Est autem hoc iuditium ciuile duplex mixtum bonae fidei Vniuersalle quod diuisionem hereditatis offi.° iudicis inter coheredes faciendam tractatur

Ciuile quae ritur ex lege 12. tabularum descendit lege 1. hoc titulo

duplex quam Vis quisque heredum et rei et actoris partes substinet lege 2. § in familia lege intra coheredes § qui familiae ff. famil. hercis, licet quantum ad ordinem iuditiorum seruandam attinet qui prior ad diuissionem prouocat actoris Vice fungitur, lege in tribus 13. D. de iuditijs lege 2. in fine hoc tt.°

Mixtum non dirigitur tam in rem quam diuidi patiatur, quam in personam respectu personalium praestationum l. item ex diuerso l. item labeo § penult fam. hercis Patius in methodicis ad hunc titulum cap. 5

Bonae fidei iuditium

Lege nomen ambiguum cod. hoc titulo § actionum inst. de actionibus cum qs ex ciuili bone fidei neg. sortum habeat Simulaxior sit iudicis Ex bono et aequo faciendis potestas Vniuersale dicitur quoniam Vniuersa hereditas in hoc iuditio deducitur adeo Vt in omnium gentium personam condemnationes det absolutiones faciendae sint Lege in hoc iuditio 27 hoc titulo Patius in metho dicis, ad hunc titulum cp. 5.

Antyn. 13.

Ad textum in lege filie 18. codice hoc titulo, cum lege si donatione 13. codice de collationibus.

Donationem simplicem a Patre filio factam cum per ipsius Patris mortem confirmetur in collationem non deduci sed rem ipsam donatam filio precipuam relinquendam fore certi iuris est d. l.e filie 18. familie hereiscunde l. illud 20. § 1. codice de collationibus l.e Pomponius ff. familie hereiscunde l.e 2. cp. de inofficioso donat. et iure regio l.e 4 titulo 15. p.a 6. l.e 3. titulo 4 p.a 5. solet nanque et debet iudex in diuissione hereditatis patris iuditium sequi l.e 10. tt 16. et lege antiquiores in dictis iuribus, Gifanius in d. l.e filie Petrus Beloius tt 2. Variarum cp. 2. Gelqueniuss tt 6. controuersiarum cp. 64. Cefuentus in l.e 29. Tauri vbi Antonius Gomez num.o 26. Matienzo in lege 2. tit.o 6. glosa 1. tt. 2. recop.

Sed obstat textus in lege si donatio 13. codice de collationibus nam si is fundus filie iam constitute siui a Patre donatus est cum sorore Patri

Communi succedens eum precipuum heredem contra iura postulat cuius rationem explicat Donelus lib 9 commentariorum cap. 1. Baconius lib 4. declarat, cap. 57. ex numero 10. Gilquenius de prescriptis 2 p. membro 1. cap. 18 numero 16.

Cui difficultati

Omissa solutione Accursij in d. l. filiae verbo res comparauerit quae displicuit Sicardo hic num. 6 et omissa emmendatione Ranchini et de success. 6. inst. § 20. n. 1. qui pro verbo nam in d. l. si donatione reponit nec dictionum conversio perversio potius legis, est ut considerat Osualdus lib 9 commentariorum cap. 5. liter. f. alia emmendatione Antonij fabri decade 40. herr. 1. existimantis in d. l. si donatione legendum esse (negatiue ibi nam si his filiae familias) a matre non a patre vel fatendum ita verba esse alicuius imperiti interpretis quae fide codicum caret, alia emmendatione aliorum existimantium in d. lege si donatione legendum esse negatiue ibi nam si his filiae familias non constitutae, quam emmendationem recte reprehendit idem Antonius fauer d. cap. 1. alia solutione Graecorum et Hotomani de donat. Emanuelis Suarez lib 1. obseruationum cap. 33 distinguentium inter casum quo pater in ea voluntate perseuerauit, perseuerauit et inter eum quo non perseuerauit quam tanquam diuinatoriam reiicit Gifanius hic alia sicardi in presenti numero 6. quam reprobat Antonius fauer supra et tandem omissa interpretatione Cuiatij 3. obseruat. cap. 30. et lib 9 cap. 17. Gifanij h. et Faquin. d. lib 6. cap. 64 distinguentium inter successionem ex testamento et ab intestato quos reffellit, Antonius fauer in d. cap. 1.

Respondendum licet olim filio famil. a Patre donat, successoribus caeteris conferrentur d. l. si donatione cod. de collatione quasi illud in bonis Patris adhuc permansisset cum statim Pater per ipsum filium id re acquisiturus

fuisset

Fuisset l. placet D. de acquirenda hered. nihil tamen impedie
bat, quominus vel filij nomine comparata vel expresse a Patre
donata per arbitrium familiae Hereiscundae pricipua ei ad
iudicarentur quasi ei quodammodo iam destinata lege cum de bonis
lege codice de donationibus nec obstat tunc Dxus in d. l.
filiae ubi praecipuam fore donationem filiae constituunt idem
Imperatores quia respondendum est, eum Dxum non
excludere collationum necessitatem sed tantum docere filiam
rem donatam habituram per adiudicationem per arbitrium fa
ciendam ita ut minus accipiendo illam rem a Patre donatam
habitura sit quod in dote observari constat quam eo modo fi
lia conferre debet l. dotis codice de collatione quam solu
tionem non male indicant tituli sub quibus illa iura collocantur

Nec huic inter
pretationi obstat verbum praecipua de quo in d. l. filiae quia ver
bum illud non solum significat id quod praeceptionis nomine
relictum fuit et etiam id quod in adiudicationibus uni con
servatur argumento Dxus in l. si certarum D. de militari testam.
et eorum quae nottantur in lege ex facto D. de hered. inst.
quam interpretationem solum ex his quos viderim tra
ddit Petrus Beloyus s.a d. l. 2. cap. 2. eandem solutionem
traddit Angulo de Metrorationibus l. 3. gl.a 4. num.o 68.
quem vide et Mendez de castro, in l. cum oportet cap. de
peculio profectitio quod si haec interpretatio non placeat
admitenda erit interpretatio Cuiatij quam nove explicat
et defendit Gifanius in d. l. filiae

Hodie tamen si fil. famil.
donationem censebitur in ea donatione melioratio facta secundum
quod continet 3. et 5. bonorum licet in donatione nihil de
meliorati.e dictum fuerit ex l. 10. titulo 6. libro 5. recop.

Quod intelligm
est si pater expresse donaverit nam si simpliciter aliquid
dederit filio absque verbo dono tunc non intelligitur

Melioratio sed tantum erit concessio in peculium ut id filius administret, reddatq; rationem fructuum et tunc imputare tenebitur in legitimam quod sibi sic tradditum fuerit ut post Bart. Alexandrum et alios defendit Matienço in d. l. 10. gl. 1. numero

Antyn. 14. Ad titulum codice si certum petatur

Ad R.am vide que dixi ad titulum quibus modis recontrahitur obligatio in principio =

Ad textum in lege si expretio 6. codice hoc titulo cum lege qui negotia in fine principij D. mandati

Vssuras in contractu stricti iuris non nisi per stipulationem deberi conuersi iuris non est, lege lecta D. hoc titulo lege Titius D. de prescriptis verbis cum alijs que traddit Gilquenius in presenti numero 11. pacti enim nudo etiam utiles vssure promisse non debentur lege 3. codice de vssuris quod fit ut si cum eo qui ex causa emptionis aliquid debebat conventio fiat ut id ex mutuo debeat et prestet certo die et si eo die non rederit, tunc vssuras semisses eius quantitatis prestaret nullo modo vssure debeantur ut ex d. l. si expretio quod et aperte probat Gifanius ibi licet contrarium voluerit Antonius fauer lib. 5. coniecturarum cap. 10.

Sed obstat tex. in d. l. negotia 34. D. mandati ubi Africanus ieadem fere specie vssuras deberi constituit.

Cui difficultati omissa emendatione Otomani lib. 1. obseruationum cap. 4 existimantis in d. lege qui negotia legendum esse negatiue ita vssura de quibus conuenerat prestare non debere quod no amissit Gifanius in tr. et omissis tradditis ab Antonio fabro d. cap. 10. et Gilquenio

Hic respondendum est in d. lege qui negotia conuentum fuisse de mutuo cum in ea procurator Dominus significauerit se pecuniam a creditoribus Domini acceptam habiturum ut creditam cum vsuris semixibus Axum vero in presenti lege si expretio procedere cassu quo non fuerat de mutuo conuentum cum vsure ibi tantum pacte non debeantur ex supradictis debeantur tamen in d. lege qui negotia, et ratio differentiae est quia vbi non est mutuum verum sed falsum et simulatum nulle possunt esse vsure cum accessiones non nisi respectu rei principalis competant quod secus est in d. l. qui negotia in qua licet mutuum ibi non valeret non tamen ex eo nullus est omnino effectus saltim propter conuentionem interpositam scilicet ut periculum pecuniae si procuratoris et vsure quoque eius debeantur argumento Axus in dicta lege qui negotia versus huius argumento esse et in lege 19. D. de prescriptis verbis ita respondit Gifanius in presenti.

Antyn.a 15. Ad titulum codice de condicione indebiti.

Vide que habes in § is quoque inst. quibus modis recontrahitur obligatio =

Ad Axum in lege si quis, 10. codice hoc titulo cum lege si non sortem 26. § si decem versiculo sed et si, D. eodem

Cum in alternatiuis debitoris seu promissoris sit electio § si quis agens inst. de act. lege plerumque § pen. D. de iure dotium Lat. Dueñas 235. ille qui duas res alternatiue debet licet soluat ex se et suo principio et origine debitor sit merito si soluat vtrumque quod sub disiunctione debet tanquam debitor et promissor habebit electionem quam ex illis rebus repetere vellit aequum enim visum non fuit ut electio quam ab initio debitori competebat per herrorem facti ei admiteretur ut traddit Donellus lib. 14 commentariorum c. 18. quod expresse constituit Iustinianus in d. l. si quis

Codice hoc titulo et iure regio consonat Tex. in l. 39 tit. 14. p.a 5. traddunt et explicant preter hordinarios tt. Gilquenius in presenti Donelus sup. Duarenus ad hunc titulum ergo Cuiatij tt. 8. Obseruationum cap. 35 Bresonius de sol. pigina 346. Patius Centuria 7. Soluti. 95.

Sed obstat Tex. in d. l. si sortem § si decem D. hoc titulo b. quamuis utroque simul soluto mihi retinendi quod vellent arbitrium daretur &c. cuius accissionis rationem duobus fortissimis argumentis confirmat Patius in presenti lege si quis codice hoc titulo numero 8.

Cui difficultati ommissa interpretatione duarenii et Cuiatij supra existimantium Tex. in hac lege si quis corrigere Tex. in d. l. si non sortem § si decem quam reiicit Gifanius hic alia Patij d. centuria 7. solutione 95. Tribonianum excusantis, respondendum est Vlpianum tt. tantum referre Celsi opinionem non tamen approbare constat tt. quaerit Celsus et putat aque questionem hanc decidendam esse per Tex. in presenti lege si quis uel 2.o respondendum est Tex. nostrum intelligendum esse casu quo utrumque simul solutum fuit et non adiecta clausula utrum uellit quo casu electio promissoris est Tex. 2.o in d. § si decem quando utrumque simul solutum fuit sed promissum cum illa clausula utrum uellit quia tunc stipulatoris est electio cum ante solutionem cum illa clausula fuerat promissum ita post Glam traddit et explicat Gilfanius in presenti sed diuinationis vitio non caret atque ita verius crediderim Vlpianum tt. tantum retulisse Celsi sententiam non tamen aprobasse quod non displicuit Gifanio ubi supra

Neque tandem superioribus obstat Tex. in lege plane 21. D. hoc titulo quia respondendum est Tex. ibi loqui in duobus reis debendi nos autem loqui in uno eodemque promissore cuius differentiae rationem traddit Gifanius et Patius hic num.o 14

SCHOLIA

ad legem si commissa 13. D. rem ratam Saberi.

Ad hanc materiam videndus Donellus libro 18. commentariorum cp. 12. 13. et 14. et libro 26. ex cp. 13 usque ad finem et in lege 4 et in lege 13. uers § D. de re iudicata quod est in libro 27. Commentariorum Cuiatius & libro 9. Obseruationum cp. 31. et libro 16 cp. 34. et in lege Vnica codice de Sententijs que pro eo quod enteh. et in libro 12. quæst. Pap. in lege 80 in principio et in § 1. penult. et finali D. de furtis et in lege 5. § fin. ad medium D. de præscriptis Verbis et in lege si fundus 33. D. Locati et in lege si forte 44. D. de actionib⁹ Empti et in lege Titius 43. D. de actionib⁹ empti Antonius Faber in rationali in lege 39. in § Escanus usque ad finem, et in lege Pomponius 40. § 2. et in lege Paulus 61. et in lege si procurator 28. et in leg. si procuratorus 67. D. de procuratoribus et in lege si procuratori 14 D de conditt. causa data causa non secuta et Cuiatius in lege 1. in lege 2. 3. in lt. 22. et in lege si commissa 13. Hoc nostro titulo.

Inquit Paulus in d. lege si commissa 13. D. Hoc nostro titulo quod si commissa est stipulatio rem ratam Dominum Sabinianum in tantus competit in quantum mihi interfuit id est quantus mihi abest quantumque lucrari potui, id⁹ probatur in lege 2. lege 3. § finali lege 8. § fin. lege 18. lege 19. D. Hoc titulo lege 2. § merito 10. neque in loco publico lege inde Neratius 21. ad legem Aquiliam ut alij § de V. O. id quod interest non extimatur ex affectione propria sed ex eo quod

Ret vera nobis abest, et ideo referuntur verba hęc ad veritatem id est quantum omnibus communiter valet V. O. si occisus fuit filius meus naturalis non extimatur ex amore et affectione propria. probant L. 1. § hęc verba nobis fiat ei L. 2. § fin. qui satisdare cogantur L. ultima si quando Iusdicenti L. fin. de prętorijs stipulationibus.

Obstant L. 35. de minoribus L. ex 36 de bonis libertorum L. 54. Mandati L. 3. de servis exortandis ubi id quod interest, extimatur ex affectione, ergo non ex eo quod communiter extimari solet ex negando nam ibi condemnatio fit in id quod vere et realiter nobis interest, propter affectionem ita Donelus lib 26. cp. 15.

Quando cassus est certus veluti quando venditur fundus nesciens quis quod esset alienus propter evictionem tenetur sed non ultra duplum L. Tullianus 13. L. 44. de actionibus empti sed quia dolus abfuturus est in contractibus bonę fidei constitutum est ut qui sciens rem alienam vel vitiosam esse vel affirmaverit rem utilem esse teneatur ultra duplum in id quod interest, d. L. Tullianus 13. qui vero nesciuit, vitium rei nequid quam asseveravit non tenetur = contra qui vas vitiosum ignorans vendidit ultra duplum condemnatur in id quod interest si affirmaverit integrum esse lib 6 § 4. de actionibus empti L. 29. § 1. Locati sed R. quod iudex tenetur ut vas integrum prestetur vas vitiosum non est vas = At homo vitiosus

Vel tignum vitiosum non minus homo est nec minus tignum ad sublevanda onera leviora et ideo si ignorans vendiderit non tenetur ultra duplum in contraria specie in id quod interest: in actione de eo quod interest ratio habetur tam damni quam lucri idest eius quod lucra non potuerimus ut in nra L. 13. L. 2. de eo quod certo loco lege si fundus locati Le. in de neratius ad legem aquiliam.

Obstat, L. 26. de damno infecto ubi si interposita stipulatio damni infecti vicino, si vicinus cum haberet iusta ædes meas sua ædifitia et altius tollat ita ut mihi luminibus offitiat vel si aquam meam haurias, non tenetur, ergo quia lucri ratio non habetur in actione de eo quod interest quod est contra L. in hac 2 Pcodę.

Obstat 2º. L. 71. § eius de furtis ubi si possideas rem pro hærede et tibi subrripiatur non habes actionem furti quia hæc datur ei cuius interest. at in præsenti non interest possessori quia interesse eius videtur qui damnum passurus est non qui lucrum passurus est ergo ratio lucri non habetur.

At primum Rs quod lucri ratio habetur scilicet iusti quod quis iure et ex re sua vel aliena Domini permissu facere potuit, at in d. L. 26. lucrum intutum erat Enam loquitur de eo lucro quod ab ipso vicino et eius beneffitio liveralitate et voluntate habeatur quo tandiu uti potest quandiu vicinus patitur ideo dicitur uti lucro sed non est proprium suum lucrum quare dicitur veluti lucrum

Ad secundam Rs non difiniri quid sit hoc interesse sed cuius interest in actione furti et ait recte, non attenditur quod lucrum facturus sit

quia in eo genere non potest videri nisi in Iustu quia aut nra res subrepta est aut aperte est damnum, aut aliena et damnum itidem nostrum est quia si non recipiatur damnum damno prestandum est si ex promissione ista lucrum facio id est ex re aliena non honeste captatur

Obstat l. 21. §. 3. de actionibus empti ubi cum per venditorem steterit quo minus rem traddat omnis utilitas in estimatione emptoris venit quae circa rem ipsam consistit neque si potuit ex vitio negotiari id extimandum est in qua specie non solum lucrum excludit sed et damnum veluti si emptor triticum comparauit et ob eam rem quod non sit traditum familia seruorum fame perijt nam pretium tritici non seruorum neccatorum eum consequi ait. l. ergo non ratio lucri imo nec damni habetur in actione de eo quod interest, Rs quod ibi lucrum non remouetur quia damni tantum habeatur ratio, sed quia lucrum illud non erat circa rem ipsam nam damnum eius modi remouetur ut in dictis supperioribus Iuribus.

Vnde lucrum imprimis consideratur quod certo potuit esse ex eo solo quod prestandum erat idem et damnum quod re vera inducitur prestatur = ad hoc extimandum dico requiruntur tum quod hoc lucrum certe haberi potuit 2° et quod ex eo solo quod prestandum erat non aliunde

Quare per contrarium remouetur 1° si forte potuit esse si prestaretur et si alias solet accedere exemplum retia ad pisces captanda facta, extimatio retium fit non piscium

2.

Piscium l. 23. §3. ad legem aquiliam. 2° demus quod certum erat damnum si aliunde potuit hoc lauore remouetur veluti in l. 21. §3. potuit negotiare mercator ex vino vel tritico si triticum haberet non fame lauoraret familia = sed hoc damnum non prouenit ex eo quod tritico meo carueris sed ex eo quod tritico generaliter carueris ac ideo hoc lucrum vel damnum ex negotiatione non ex re ipsa prouenit, diuersum quando consistit et coheret rei de qua agitur quod tunc omne extimatur vt in l. 22. 23. ad legem, aquil. l. 28 de damno infecto = lege venditor de euict. concludo quod dio habetur lucri ac damni quod circa rem consistit non quod extra rem.

Obstat l. 24 § fin. de eo quod certo loco vbi ait consultus vtilitatem quae circa rem non consistit extimandam esse ergo frustra superiora R. quod quoties apparet ratio vtilitatis in contrahendo quod tunc conuentio est seruanda quod inde constat si solutio collata sit in personam, certum locum vel tempus vt in praesenti tum quia non frustra adiicitur solutio ad has vtilitates quae eo loco ei personae eo tempore acquiri potuerunt retullisse creditorem liquet vnde in praesenti non omnes vtilitates extra rem extimantur quae vbique percipi potuerunt sed quae in eo loco propter loci adiectionem quia pignora sua distracta fuerunt vel in eo loco solui sibi interfuit puta quia debeat aliquod sub vssuris quare hoc fit arbitrariae actionis potestate.

Idem est in adiectione personae lege. 118. § fin. de V. O. Idem temporis l. 4 de eo quod certo loco ne obstent = Confirmant

24. hanc doctrinam l. 24 § colonus locati.

De casibus fortuitis non tenetur locator nec venditor l. e si fundus 33. locati si per venditorem steterit tenetur in id quod interest non ultra duplum nisi quando dolus adest — locator si res locata euincatur non tenetur nisi ut mercedem remittat si per eum stiterit in id quod interest, tenetur si sciens rem alienam locat tenetur ultra duplum.

In extimando eo quod interest habetur ratio eius quod lucrari potuit conductor l. 24 § colonus l. 28. l. 30. locati quia pluris potuit alij locare damnum quod licet l. 6. cod. locati diuersum in vsuario quia persona lissima est et personae cohaeret l. plenum § 1. de vsu et habitatione quod compendium est et fructus et continetur in actione de conducto extraneum et extraordinarium lucrum et compendium non venit in actione ex conducto et vendito veluti si ex fructibus potuit negotiari vel 21. § 3. de actionibus empti sed tantum fructus et lucrum quod circa rem versatur l. venditor de hereditate l. actione vendita pensiones seruorum l. venditor de euict. l. titius de actionibus empti = in vendito veniunt vsurae si quod fructus non quia pretio soluto venditor qui negotiari solebat ex mercibus plus quam ex vsuris querere potuit l. fin. de periculo et commodo rei venditae ne, 0. l. 70 § 2. de legat. 2.

Compendium negotiationis extra rem est separatur ab eo quod interest et ab vsura l. titium 47 §. altero de administratione tutorum aduerte quod quoties lucrum

Opponitur ei quod interest intelligitur lucrum extraordinarium quod circa rem non versatur nec venit in actione de eo quod interest nisi sit tutor procurator negotiorum gestorum lege qui negotiatione §8. de administratione tutorum l. ita 36. mandati venit lucrum etiam iniustum l. 8. §1. de negotijs gestis que leges erant contrarie nostre legi 13. et 2. d hoc nostro titulo.

Sed lucrum quod actor potuit facere ex negotiatione non venit nisi sit circa rem excepto uno casu l. 2. §. fin. de eo quod certo loco. loquitur in nautica pecunia que non seruat modum dupli aut quadrupli hoc venit et omne damnum imputat deuitori ut si ob non solutam peccuniam incidit in penam, pignora fuerunt distracta hoc est quod venit cuius haberi debet non eius quod iniuria alterius prouenit ut in l. 21. §1. de furtis l. proculus. 26. de damno infecto de quibus supra.

In actionibus ex malefitio que meram penam continebit ut in actione furti qua agit ille cuius interest rem non subripi l. si vendidero 80. §1. de furtis duplum computatur extra rem = si Dominus agit cuius nihilam plius interest quam quod Dominij apud eum fuit quod interest est verum rei pretijsque: et idem est id quod interest et pretium et hoc duplatur vel quadruplatur d. l. 80. §1. et ita accipienda l. in furti actione eodem (quod hoc idem separat) atque ita inest, duplo res.

In actione ex venditi duplum

non est extra rem sed duplo inest res in actione dicta propter
euictionem veluti empta re incentum euicto que solvit centum
et alia centum non vltra - quamuis pluris impenderit in he
rudiendo homine, idem est in locatione, idem in vsuris in
quibus omnibus duplum excedere non debet sortem principalem
= Vnde in l. 44 de actionibus empti si res euincatur non tenetur
vltra duplum nisi aliud fuerit conuentum l. si dictum §6.
de euictionibus l. si procurator de iure fisci et in stipulatione iu
ditio si sti concipitur l. 4. § fin. si quis caut. nisi interueniat
error vel ignorantia d. §. finali, item vsura si soluantur
pluribus pensionibus excedunt = item excedit duplum in casu
d. l. 2. § fin. de eo quod certo loco etiam inuentitione quando
scienter res venditur l. 4. 5. et actionibus empti. et hec de
cassibus certis

In incertis veluti si de possessione obligatione et
alijs agatur, duplex preceptum debet obseruari vnum quod
iudex condemnet in id quod in veritate interest = Secundum
vt ne varijs allegationibus partium attendat exemplum
ex l. 13. de reiudicata et l. 118. D. de V.O. quare in
actione ex vendito tenetur ex ea in id quod interest dum
modo duplum, non excedat, si sciens vendidit etiam si ex
cedat duplum tenetur euictionis nomine vltra, quem
admodum si seruus deterior fuisset effectus tenetur tantum
venditor in id quod interest etiam si solum sit intra duplum
quia tantum illud abest l. 45. de actionibus empti l. 66.
§ fin. l. 70. de euictionibus = lege mille 64. de euictionibus
vbi si fundus et seruus deterior aut melior factus fuerit

fuerit committitur stipulatio in duplum.

Rs quod in actione exempto agitur ad id quod interest nunc sit duplum nunc non sit duplum in d. l. 64. fuit interposita stipulatio euictionis nomine et sic vt pote stricta communiter semper in duplum.

Rursus obiicitur l. 45. de actionibus empti Tx9 in l. 5. § fin. descriptis verbis Cuiatius q ait quod in d. l. 45. propter dolum agitur quia libertas non extimatur cum sit inextimabilis at in d. l. 5. § fin. agitur ad id quod interest seruum habere manumissorem quia habere libertum res inextimabilis est, sicut ius patriæ potestatis ita et ius patronatus id est quod si quis habeat patronatum seruum non extimatur ad hoc vt dessinat agere ad id quod sibi interest.

Procurator tenetur de rato cauere interdum defensor l. 6. in præsenti lege non solum § est casus et § est et alius § item ait et fin. l. Pomponius §. si stipuletur de procuratoribus sed quando de ~~da~~ mandato constat veluti literis per dominium missis et ab aduersario probatis l. si procurator 65. de procurat. l. 11. de exceptionibus et in hac specie superuacua est cautio l. vnica cod. de satisdationibus §. si autem inst. eodem

Quoties interponitur stipulatio committitur si per vnum hæredem factum contra eam fuerit quando factum est indiuiduum omnes tenentur si diuiduum est pro parte tantum veluti si permitatur dolum absfuturum tunc qui eum commissit tenetur similiter si vnus petat l. inter 44 §. si quis stipulatus 6. familiæ Erciscundæ l. 4. § Cato de v. o.

In lege 16. hoc titulo dicitur quod si quis per ignorantiam vel errorem soluerit procuratori indebitam pecuniam sine iudice (alias eo interueniente soluti conditio non est) et satis acceperit de rato etiam antequam Dominus pettat aget ex stipulatione is qui soluit et stipulatus est vt sciat cui pecuniam debeat conducere vtrum a Domino si is ratum habeat = an á procuratore si Dominus ratum non habuerit.

Notandum non agi ex hac stipulatione in id quod interest quod est contra superiora nam procurator debet constringere Dominum vt vel ratum habeat et in hoc casu tenetur conditione indebiti qui procurator non tenetur si stipulator reus non properasset agere ex illa stipulatione sed expectasset quoad Dominus eamdem pecuniam peteret quo casu procurator non teneretur conditione indebiti sed in id quod interest quia quando Dominus petit committitur realiter et vere quatenetur in id quod interest quia hac stipulatio succedit in locum conditionis indebiti quae conditio ex bono et aequo competit et datur, at stipulatio est strictior et datur ad id quod interest de quo loquitur l. si sine 22. et l. fin. §. fin. hoc titulo ne obstent supra d. l. 16. eius tituli

Procurator debet cauere de rato toto titulo nostro: aliquando tamen etsi defensor existat (qui regulariter tantum satisdat de iudicando soluendo) de rato cauet vt in specie l. 8. §. fin. hoc titulo vbi procurator petijt libertum de libertate in seruitutem cauet de rato sed si seruus petat contra eum se ex seruitute in libertatem deduci cauet item de rato ne seruus iterum compellatur agere contra Dominum 2°. § finali ibi vel aduersus procuratorem.

Item in cassu L.is non solum 39. § alieno de procuratoribus egit ibi procurator et cum in iuditio Iuramentum per adversarium fuisset ei dellatum Iuravit procurator deberi Domino suo propter iuramentum suum nascitur actio propria sibi et nisi eo minus de rato cavet quamvis videtur agere de nomine proprio nec obstat L. 9. §. pen. de iure iurando quia R. quod ibi dari actio Domino utilis vel attento origine et effectu iuditij = in presenti datur actio directa procuratori quia Iuramentum est personalissimum –

Procurator qui iniuriarum agit nomine filij cavere debet de rato et nomine patris et filij quia potest fieri quod pater decedat antequam ratum habeat et sic actio redeat ad filium L. sine 22. § pen. hoc titulo obstat L. non solum 39. § 4. de procurat. ubi pater non cavit de rato. R. quod non cavet quia agit proprio iure licet nomine filij et sic actio competens patri consumit actionem filij et e contra que ratio cessat in procuratore ex ratione dictae L.is 22. § penultimo.

Item procurator si defenssor existat cavere debet veluti in cassu legis 8. §. fin. ad versum procuratorem hoc titulo et in cassu legis 39 §. si statur. 5. de procuratoribus veluti si servus petat se in libertatem deduci nam et si actor videatur et ei onus probandi incumbat nihilominus quia instituta et ordinata causa libertatis non tam actor quam actoris partes substinere dicitur et sic actoris procurator cavere debet: sed videtur in utilis quia si servus iudicetur liber et certam quantitatem contineat stipulatio ne alias cum extimationem non

Recipiat Libertas in infinitum extendatur

Item est cassus quo procurator et caueat de rato et tanquam defensor cauet iudicatum solui veluti si minor velit se restitui aduersus venditionem emptor instituit procuratorem qui de rato cauit sed quia in restitutionibus mutuae praestantiores sunt si aliquid petierit minor debet cauere de iudicato soluendo d. l. 39. §. et est cassus de procuratoribus.

Item quando suspectus accussator tutor et defensor existit non solum de iudicato soluendo sed de rato cauere debet quia cum executio sententiae sit contra defensorem qui suspectum tutorem eum defendit si postea tutor reuersus retractaret quod fecit defensor iste condemnaretur in id quod interest vel in fama et ita cauet de rato quia sine hac stipulatione illusorium redderetur iuditium d. l. 39. § suspectus 7.

Similiter si defensor conuenitur cauere de rato debet quia timetur ne dominus postea reversus vindicet rem in cassu l. 40. § 2. eodem.

Nin certam quantitatem continet stipulatio rem ratam haberi et similes l. 2. § 2. de praetorijs stipulationibus sed quia difficile est cognosci quantum interesset melius est certam quantitatem adiicere quod consulerit constitutus in lege finali eodem quod facit iudex dum condemnat l. iudicatum 9. D. iudicatum solui et sic non obstat quia d. l. 2. § 2. intelligitur ab initio non a vtem postquam iudex pronunciauit quid et quantum.

4.

Ca verba quanti interest alias veritatem referuntur et quantitatem veram quod interdum pluris est quam verum rei pretium ut in lege 1. de actionibus empti modo minoris ut in l. 9. §. fin. ad exhibendum et ita accipiuntur in l. 2. § fin. qui satis dare cogantur, qui in iuditio non sistit tenetur ad quanti res est id est ad veritatem solam hoc est ad rei petitae pretium et in l. 7. §. quanti res est D. quod falso tutori et in stipulatione damni infecti quanti res est l. 2. § in certam de pretorijs stipulationibus l. 4 § in eum de damno infecto in his actionibus continetur utilitas actoris et veritas eius quod interest id est quod abest quodque liberatus non est.

Non vero quantitas quantacumque ab actore petita extimata neque poena

Alias referuntur non ad id quod interest sed adversum rei pretium ut in actione furti l. in furti actione de furtis l. pretor § hec autem ubi bonorum raptorum in quibus duplatur vel quadruplatur pretium non autem quod interesse, Item in stipulatione duplae et de publicanis alias referuntur ad omne compendium extraordinarium l. 2. §. fin. de eo quod certo loco alias referuntur in infinitum et ad poenam etsi nihil ei interssit etiam si per calumniam actionem instituerit veluti in eum qui ius dicenti non obtemperaverit l. 1. §. fin. si quis ius dicenti nam hec continent poenam =

quomodo intelligatur in nostro titulo id quod interim iam dictum manet supra.

commissa stipulatione repeto quod mihi interest.

Quando falso procuratori soluitur suum debitum vel in debitum

soluero si Dominus tantum non habeat et egerit siue viuerit siue non actione, ex stipulatu tenetur in omni procurator quia soluit in debitum vel quia etsi debitum soluisset me non liberat debito possito quod Dominus agit vel si quis offerenti § 8. de solutionibus nec sententia qua Domino superato absolutus sum, me liberat debito naturali L. 81 § 1. hoc titulo

Si sententia Iudicis solui falso procuratori non repeto per autoritatem rei Iudicatae l. si fideiussor § in omnibus mandati etiam si postea egerit Dominus et ego condemnatus ei tantumdem soluero hoc ex eadem ratione scilicet propter sententiam sed repeto a procuratore per stipulationem de rato. L. 18. l. 3. §. fin. hoc titulo.

quod vero procuratori soluero siue Iuditio siue sine Iuditio nullo casu repeto etiam si Dominus egerit et ego et solui tantumdem quia condemnatus fui non Iure si per iniuriam et imperitiam Iudicis et quod per eam causam damnatus solui non repeto L. 22. § cum autem hoc titulo ex ratione l. exceptione, de exceptionibus, sed tantum repeto sumptus litis quod si Dominus fuerit damnatus nec tunc repeto quod solui nisi sumptus litis L. 22. § Marcelus.

Si solui falso procuratori cum debitor essem ipso iure licet tutus ope sceptionis distinguitur aut solui sine Iudice et hoc casu quia et hoc nomine exigendo Dominus mandasse intelligitur l. 6. § Celsus de conditione indebiti non aliter liberantur procurator et fideiussores quam si Dominus ratum habuerit, et hoc casu conditio est aduersum Dominum = Si vero ratam non habuerit conditio competit aduersus procuratorem l. 26. hoc titulo l. si procuratori 14. de conditione causa data

nisi maluerit agere ex stipulatu quę actio datur in omne id quod interest. l. fin. § fin. l. 22. hoc titulo et in hac specie non datur conditio nexus vis eam quamtitatę exigat contra. l. 22. § Tullianus nec in eam stipulationem venit pœna quę tamen deduci potest in stipulationem eam. l. 6. de prętorijs stipulationibus = Promissa pœna si committeretur stipulatio eam exigeret reus quamuis exegisset debitum et conditionem indebiti l. 32. § alteri de V. O.

Si authoritate Judicis soluit procuratori siue ratam siue non ratam habuerit Dominus solutionem dicendum videtur fideiussores liberari quia quod Judicis authoritate soluitur repeti non potest. l. cum putarem fam. ęncissę = Sed nihilominus concludit Julianus casu quo ratum non habeat Dominus fideiussores teneri ne in iuria afficiatur soluens l. 22. § 2.

Quod si procurator debitam peccuniam exegerit per Judicem si Dominus ratum non habuerit tenetur in id quod interest si debitor egerit ex stipulatione vel debitor conduere potest a procuratore = nisi Dominus opposita exceptione doli vellit suscipere defenssionem procuratoris conuenti stipulatione quia etsi Dominus superatus sit a debitore absolutus sit debitor nihilominus natura debitor mansit nam res iudicata non tollit, naturalem obligationem l. Tullianus de conditione indebiti, hac sententia l. 8. § 1. hoc titulo quod si Dominus ratam habuerit cessat conditio, cessat stipulatio, l. 22. § 3.

Si procurator ex mandatu exegerit peccuniam per Judicem deinde Dominus ratum non habuerit et iterum egerit et exegerit peccuniam in hoc casu tantum tenetur fideiussores vt litis

Impensas soluant quia in Iuriam Iudicis soluere non tenentur idem dicendum est si Dominus superatus fuerit vt opporet et nihil praestetur impendia soluant l. 22. § 4. et 5.

Ex l. indebitum 16. docetur et ex l. fin. § fin. hoc titulo quod si debitor soluat procuratori indebitam pecuniam si ratam non habuerit Dominus competit debitori conditio. § fin. qui liberatur post tempus puta post sex menses vt in actione redeuitoria soluerit procuratori quamuis promisit Dominum ratum habere si autem Dominus ratum habeat post tempus vel non ratum habeat quod idem est in praesenti habet debitor conditionem vel stipulationem, sed obstat l. cum decem 71. de solutionibus vbi fideiussori qui soluit procuratori creditoris quod ratum habuerit tempore quo iam liberatus erat fideiussor, non competit conditio = Rs, quod fideiussori ideo non competit quia soluit nomine debitoris principalis qui tempore non erat liberatus sicut fideiussor (puta quia fideiussit ad tempus) et tempus erat transactum ante dati habitionem et sic habet actionem mandati contra debitorem in praesenti soluit principalis cui cum esset tempore quo ratum habebat Dominus iam liberatus conditio seu stipulatio.

In l. 80. §.

si Titius de furtis dicitur quod si falsus procurator nomine Titij perperam pecuniam indebitam accipit (perperam accipi furtiue idest non obsignatam) et ratum habeat Titius competit debitori conditio indebiti aduersus Dominum Titium aduersus procuratorem conditio furtiua = Titius aduersus procuratorem actionem negotiorum gestorum = sed si Dominus Titius conueniatur conditione indebiti consequitur per exceptionem doli vt sibi debitor cedat actionem

Actionem furti, habet ergo tuto nomine actionem negotiorum gestorum propter rati habitionem l. 6. § item de negotijs gestis et excessione conditionem furtiuam.

Si pecunia debita fuit ratum habente Domino evanescunt actiones quia debitor liberatur si falsus procurator furtum non commissit puta quia pecuniam non obsignatam recipit l. die § fin. depositi tunc si ratum non habuerit Dominus tenetur conditione indebiti l. 16. hoc titulo l. creditoris Cod. de conditione indebiti vel conditione ob causam dati l. si procuratori 14 de conditione causa data veluti si quid conditionis implendae causa datur si tamen nulla causa fuit dantis repetitur vel conditione indebiti vel quasi sine causa l. fin. de conditione indebiti, l. 3. § si quis de conditione causa data

Obstat l. 35. § fin. de procuratoribus ubi dicitur compellit procuratorem defendere Dominum precisse, nec sufficere obrem non defensam commiti stipulationem in id quod interest, Rs. quod poena procuratoris non est hec ut precisse compellatur ad defensionem nec poena est ut Iuditium suscipiat inuitus, et ad illud trahetur inuitus et ab eo extorquatur ut Dominum defendat sed si non defenderit actio ei denegetur l. inuitus § poena de procuratoribus.

Dominus pro parte ratum habere potest, l. 17. et 18. hoc titulo.

Contra l. 4. § 1. de v. o. Rs. quod in dicto § 1. ius et factum permissum in diuiduum et sic per vnum commissum per omnes committitur et in totum vel Rs. quod quando

Dominus ratum habet pro suo procuratore ob suam permissionem teneri in totum d. § 1. in fine

In l. 22. §. penultimo hoc titulo dicitur quod si procurator agat nomine patris propter iniuriam filio illatam, tenetur cavere contra l. 3. non solum 33. § si pater de procuratoribus Rs. quod in contraria pater ipse agebat cui proprio nomine competit actio iniuriae filio factae = difficultas est cum conventae personae ad agendum admitantur sine mandato veluti pater frater &c. l. sed. hae 35. de procuratoribus quid dicendum in nro titulo an admitantur et si admituntur an committatur stipulatio sine mandato et stipulatio Rs. ex l. 3. § 3. Iudicatum solvi ibi. sed si forte ex liberis et parentibus aliquis interveniat at quibus mandatum non exigitur non committatur stipulatio quaeritur magis est ut non committatur nisi mandatum vel ratum habitum fuerit quod ab eis gestum est nam et si eis agere permititur ex edicto praetoris hoc non facit procuratores = Et sic concludo quod ut committatur stipulatio de qua loquimur necesse est ut faciam quod caeteri, hoc est ut caveam de rato ne alias obstet l. 23. hoc titulo.

SCHOLIA

PRECIPUA

SCHOLIA ad titulum de statu Liberis.

PRECIPUE

l. 20 §. 4. de acquirenda hæredit. Bonelus 7. cp. 8. et l. 2. ad finem et O.

ad Legem Statu Liberorum iura 33. vbi Papinianus inquit Statu Liberorum Iura per hæredem non possunt fieri duriora procuius intteligentia est Videndus Petrus fabrus 1. Semestrium q. 13. ad finem Fab. in Papiniania titulo de patria potestate et in titulo quibus ex caussis manumitere non licet de herroribus 98. decade 10. item doctrina Legis post acceptum 18. de rei vindicatione et Cuiatius in l. 41. de rei vindicatione et in l. 66. D. eodem l. que valneum 9. qui potiores in pignore habeantur et titulo de l. commissoria et in diem adiectione pro intteligentia l. 37. et 38. ad Legem falcidiam et l. 61. §. fin. D. de furtis pro intteligentia l.is penult. et Vltimæ ff. si ex noxali caussa et l. 14. §. 1. l. 15 l. 16. D. de noxalibus actionibus et pro concordia l.is primæ D. de pœnis, l. 14 de quæstion. l. Statu Liberis 29. D. hoc titulo Vide Legem moris 9. § fin. D. de pœnis Reuardus 20. Variorum cp. 11. Videnda Cuiatius in l. 11. de manumissionibus iura quæ de hac re loquuntur sunt. l. 43. cum duabus sequentibus D. de actionibus Empti l. 32. de conditionibus et demonstration. l. 22. de manumissis testamento l. 12. §. 10. l. 19. § Statu Liber D. de captiuis et post liminio l. 13. § 1. de pig. l. et post 12. § fin. l. 20 in fine familiæ Erciscundæ Videndus Vlpianus in fracmentis titulo de statu Liberis l. 33 et sequenti D. de pœnis l. 13. cod. de testamentaria manumissione l. 39. §. 4. l. 46. §. 2. et 3. l. 51. §. 1. l. 54. §. 1. l. 69. vsque ad finem D. de euictionibus l. 7. l. 32. cod. de liberali

49

causa l. 44. §. 8. et 7. l. 81. §. 9. de legatis, 1.° l. 1.ª et 2. hoc titulo l. 9. §. 1. l. 19. de optione legata l. 11. §. 1. ad legem falcidiam l. 11. de legatis 2. l. 5. l. 24. § fin. l. 15. 20. 26. 43. 51. §. 3. 55. de fideicommissarijs libertatibus et statu liberis et in l. 29. §. 1. hoc titulo Cuiat. 2. observationum cp. 7. et in l. post mortem 68. §. fin. de leg. 1. et in lege si peculium 65. §. fin. de leg. 2. et pro concordia l. 63. de conditione indebiti et l. 9. §. 2. hoc titulo et leg.ᵘ 38 §. 9. hominem D. de solutionibus vide legem. 25. §. 2. et 3. l. 7. §. 1. ad legem falcidiam videndae sunt. l. 25. l. 26. de evictionibus l. 6. et 16. hoc titulo. Vease la l. 5. cum l. 9. 19. 20. de manum. 1. titulo et l. 20. §. 1. hoc titulo, In praesenti Papinianus inquit

Intempus

non posse fieri deteriora iura statu liberorum per haeredem est statuliber cui directo a Testatore libertas testamento relinquitur vel sub conditione cuius ius deterius fieri non potest ~~pro~~ haeredem ea nimirum ratione ne fiat contra voluntatem Testatoris et licet pleno iure pendente conditione sit haeredes l. cum haeres l. cum generaliter §. 1. qui et a quibus manumissi l. 11. de manumissionibus l. 12. §. 1. familiae erciscundae in manumittendo haeres servos sive sciens sive ignorans nihil agit.

Obstat l. quidam 25. §. 2. ff. ad Trebell.

l. 25. §. 2. ad Trebelia.

Ubi in eadem specie manumittens haeres servum haereditarium qui rogatus fuit haereditatem restituere liberatur solvens Petrum et aestimationem servi manumissi; R.ᵒ quod si quis rogatus est haereditatem restituere et in ea sit servus manumissus liberatur haeres solvens pretium quia nihil interest an singulae res an aestimatio earum restituatur quasi de eo explicisse non senserit testator quamvis fatendum est in dubio de singulis sensisse

Nissi aliud suadeant fauer et humanior Sententia ut in libertate verificatur, l. si inquilinos 112. §1. de legatis. 1.

Si rogatus quis fuerit restituere seruum proprium similiter liberatur extimationis solutae ex superiori ratione d. l. si inquilinos §.1.

l. 28. et sequenti
l. qui et aquibus

Nec obstat l. 28. et sequenti §.1. qui et aquibus inquibus dicitur heredem manumittendo seruos nihil agere quia respondetur intteligendum esse quo ad libertatem quia non liberatur nisi soluendo et sic nihil agit nisi soluat quod intelligi debet quando manumissit heres seruum suum proprium nam si testatoris erat nihil agit in totum manumittendo ne alias iniuria legatario fiat et deffuncto contra suam voluntatem irrogetur et hoc modo intteligitur l. 91. §. de illo de verborum oblig. l. 70. §.1. ad Trebel.

Sid seruus heredis tum non potest pleno iure heres facere ea quae faceret dominus veluti manumittere ea ratione ne iniuria fiat legatario et testatori d. l. generaliter 29. §.1. serui appellatione ad Silanianum

l. qui stipulatione
de actione
obligatione.

Obstat l. x qui ex stipulatione 5. de actionibus et obligationibus ubi seruus pendente conditione manumititur R. quod loquitur de seruo promisso sub conditione qua pendente recte manumititur quia maior potestas est promissoris qui praestatione pretij liberatur quam heredes,

Proponitur in l. 9. § fin. de optione legata quod statu liber optari non potest at si conditio deficiat optari potest ratio est quia existente conditione perimit legatum deficiente vero conditione

perimit legatum statu libertatis

Obstat l. 39. sthicum hoc titulo ubi in eadem specie ait Consultus qui si dederit servus centum consequitur libertatem quia legatum servi relictum actio tollitur statu libertate ergo ipsa datione statu libertatis = Rr qui tollitur quando existat conditio statu libertatis ipsa datione.

Si idem servus legatus et liber iussus sit precedit interdum legatum solum veluti si servus manumitti non possit quia in perpetua servitute est vel pignori datus l. 44. § 7. et 8. de leg. 1.°

Obstat lex generaliter 24 § si quis servo de fidei commissarijs libertatibus ubi si libertas directa data sit valet ut fidei commissaria etiamsi servus pignori pignori datus sit Rr valere pignore soluto quia directo nunquam competit neque unquam competet nisi soluatur pignus in l. si iure 11. codice de testamentaria manumissione proponitur quod si testamentum non valet nec libertates.

Obstat lex testamento 38. ff. de fideicomissarijs libertatibus Rr in hac lege valuisse ut fideicommissum quia heredes ut ab intestato omnia gesserunt et manumisserunt quid mirum si fideicommissum manumissae alumnae debeatur ex affectione et dellectione

In l.e 13. cod. de testamentaria manumissione proponitur pendente conditio statu libertatis nequis alienationem neque usucapionem vallere

Obstat lex 30. contrarium statuitur Rr hoc procedere quia defecit conditio l. ~~qui~~ dicta

Dic, quod regula generaliter proponitur in V. 88. etiam si ut regulariter pendente conditio ne possit statu liber alienari =

In titulis de in diem adiectione et de l. commissaria coeptum est pendente conditione rei venditae dominium esse in potestate et dominio emptoris.

Obstat l. 38. § fin. ad l. § falcidiam ubi est in Dominio venditoris statu liber R.r esse in dominio venditoris casu quo emptor cessaret pretium soluere ita Accursius

Ut libertatem consequatur statu liber licet ei nummos ex peculio quod apud testatorem habuit accipere et soluere quod si prohibeatur per heredem conditio non adimplet et liber fit l. 3. § 7. l. 18. § 1. hoc titulo permititur ex peculio isto dare quasi ex coniecturata mente et voluntate deffuncti et testatoris.

Obstat, l. 35. hoc titulo R.r qui in presenti seruus nullum peculium habuit apud testatorem sed apud heredem eundem qui venditorem vel cepit habere apud emptorem ad que peculia aliena nunquam porrigitur voluntas testatoris idcirco per eundem seruum stat quominus liber sit.

In l. 41. § 12. de fidei commissarijs libertatibus proponitur quod si libertas relicta sit sub conditione, si rationes rediderit intra certum tempus quod si transactum sit etiam separatus fuerit seruus postea rationes reddere non auditur

Obsta l. 112 § 2. de verborum obligationibus R.r in presenti non fuisse determinatum nec limitatum certum tempus ut in superiori specie ita intelligitur l. 39. § 3. hoc titulo et dic quod per eos seruos

non extetit quominus adimpleretur conditio sed cassu fortuito ita solue
l. interdum § fin. et ita solue l. si seruum § sequitur de V. O. nec
obstat l. et si post 3. ff. si quis cautionibus R.r quod in presenti
licet commitatur stipulatio tamen si Jus actoris non reddatur
de verbis defenditur per exceptionem

In l. Paulus 38. § Caius 3.
de liberali caussa proponitur quod si libertas data sit sub conditione
si continuo triennio seruierit seruus Titio, inquit consultus quod si
fugit seruus et postea reuertatur mortuo Titio transacto tempore
libertatem competere ex conste. D. Marci dubitationem faciunt
illa verba si continuo sed R.r quod hec conditio per cassum
emptoris defecit et cum in facto consistant ad haeredem emptoris
transire non potest propter demonstrationem prioris personae

Obstat
l. seruus 14 § 1. hoc titulo R.r quod in presenti infuit facta
mentio continui seruitij ideo si postea operas seruus prestet liberatur

Obstat. l.
intra 23. hoc titulo R.r in presenti determinatum fuisse tempus
quo transacto libertas sperat veluti deficiente conditione

In l. 3. § si ita 15.
hoc titulo inquit consultus quod si libertas sit relicta sub conditione
si quinquennium seruierit quod si haeres non patiatur seruire non
statim ei libertatem competere si quinquennium preterierit et ratio
est quia qui non patitur sibi nunc seruire postea potest pati in
tra quinquennium.

Obstat l. 4. § 4 hoc titulo R.r in presenti
libertatem competere transacto tempore et quia impedimentum

erat in persona servi non in persona Domini Ut in specie d. l. 4 § 2. hoc titulo et in l. 3, 8. § fin. de liberali caussa

In l. 29 § 1. hoc titulo dicitur quod si victus sit hæres scriptus a quo libertas relicta et data sit valet et tenet.

Obstat l. 3. de pignoribus ubi victoriæ legitimi hæredis nocet legatarij et libertatibus nisi collussum sit quo casu ex constitutione Antoninij Pij non nocet quod super iniuriam iudicis victus sit hæres scriptus nocet vide l. servus plurium 50. § 1. de leg. l. ubi abundat negatio in vss.o in iuria ei facta non hæc sententia pugnat cum dict. l. 29. § 1. et l. 1. de exceptione rei iudicatæ R.r in d. § 1. et similibus ex coniecturata mente testatoris libertatem competere servo si dederit 10. hæredi nunc scripto nunc legitimo quia tantum voluit ut decem hæredi darentur ideoque si dederit scripto ante sententiam liberet quia soluit hæredi ita similiter si legitimo post sententiam soluit quia soluit hæredi libere et quemadmodum ex l. 12 tabularum conditio impletur in persona emptoris ita et in persona hæredis legitimi vel alterius qui eius dominium fuerit adeptus adimpletur atque ita sententia dicta non nocet libertati ita in l. 1. de exceptione rei iudicatæ actum fuit inter legatarium et hæredem si superatus fuerit legatarius non nocete cæteris, quia res inter alios acta &c.a

diximus quod si relicta sit libertas sub conditione v.g. si anno servierit quod non consequitur libertatem servus nisi transactum fuerit tempus

et l. 4. §. 2. et l. 3. § 15. hoc titulo et ex l. 23. § fin. de fidei commissarijs libertatibus.

Obstat l. causam §. fin. ff. de manumissionibus Rr. quod licet servus qui libertatis causa tradditus est aequiparetur statu libero in praesenti ut ne eius conditio deterior redatur in praesenti non aequiparatur nam statu libero directo libertas datur sub conditione ex qua pendit libertas at in nro casu non datur directo sed iungitur atque mandatur, alij ut libertatem det nec huic mandato semper additur conditio ut in proposita specie nulla conditio additur libertati sed tantum obsequio et servitio. si roget testator ut servus (quem suum esse existimabat cum esse alienum) manumittatur cogitur haeres redimere et manumittere l. 39. de fidei comissarijs libertatibus.

Obstat, l. 52. eodem ubi si alienati fuerint servi per creditorem qui pignori ei dati erant et eis adscripta sit libertas a Domino testatore de vitore videtur dicendum ut in superiori specie cogi haeredem debere. Rr. quodquemadmodum alienatione debitoris admititur libertas, ita allienatione creditoris facta ex pacto et voluntate creditoris.

Et idem l. 11. et l. 13. §. 2 et l. 39. de manumissis testamento l. 10. l. 9. l. 21. de fidei commissarijs libertatibus l. fin. vers. si vero quidam codice de testamentaria manumissione l. 46. de fidei commissarijs libertatibus ubi semper intteligitur si haeres voluerit arbitrio boni iuris favore libertatis ne obstet

l. 43.

L. 43. § Secundo de Leg. 1.°

Pendente conditione quidquid pe
pererit statu libera est haeredis Lg. 16. hoc titulo. Obstat l. 6.
eodem liber ubi nascitur R.r quod si conditio statutae libertatis
existat quamuis nascatur ex serua pene facta retro tra
hitur ad tempus quo apprehensit, causam statutae libertatis nun
sublato tempore partus quasi fin famus nunquam damnatam
fuisse si conditio existerit statu libera libera maneret et
partus similiter ita in presenti propter retroctationem l. dic quod
fuit pene serua effecta in tempus et l. 8. § in ministerium de
poenis.

In l. 8. hoc titulo dicitur quod si nomine haeredum in
titulo possita sunt, viriles partes faciunt alias haereditarias

Nec
obstat l. 11. hoc titulo quia nomina exprimuntur et ra
tiones reddantur duntaxat at reliqua idest quod sol
vendum erit si aliquid debeatur omnibus haeredibus pres
tatur pro haereditarijs aut dic nominatis soluere viriliter
caeteris pro haereditarijs portionibus.

In l. 20. §. 1. hoc
titulo ait nummos facere accipientis tradendo eos seruus

Obstat
in l. 3. §. fin. de conditione caussa data cum alijs, R.r
quod in presenti peculium erat seruo legatum hic non fuit legatum

In l. 17.
hoc titulo proponitur quod si libertas data sit sub conditione
dandi decem et tantumdem debeat Domino quod non peruenit

ad libertatem nisi prius deducatur quod Domino debetur.

Contra l. 40 §. 1. hoc titulo ubi debeat amplius quam quod in peculio est traddendo id liberatur respondeo in presenti iussum esse peculium quale quale sit tradere quod si dederit bona fide adimplet conditionem et liber erit.

Si libertas data sit sub conditione si decem haeredi dederit haeredi haeredis dando liber est servus l. sub 51. de conditione et demonstratione l. 27. hoc titulo et l. 6. §. non solum hoc titulo.

Obstat l. 34. hoc titulo respondeo duplicimodo 1º quod quando servus manumissus fuit ab haerede sine predicta 10. quod in hac specie videtur dominium remisisse 10. ac propter ea non est mirum sin debeantur predicta 10. dari haeredi haeredis vel quod conditio predicta non transit, dic, de non domino ad alium cum presenti non sit Dominus manumissorum ideo non transfert d. conditionem 4 dic quod in presenti fuit demonstrata persona et ideo cum cohaereat persona personam non debet egredi

Sed predicta conditio bene transit de Domino ad non dominum ut in superiori doctrina si sub diversis, condition. libertas data sit leviorem elligere potest servus favore libertatis; legatarius novissimam; altera differentia: Si libertas data sit sub conditione 20. dandorum haeredi haeredis dando adimplet diversum in legato l. qui haeredi, §. 1. de cond. et dem. quia testator ita vult, ut adimpleatur diversum hoc favore libertatis

✝

Omissis Declamatorum fucis (Rector Illme) ne tot ac tantos Viros per ambages friuolas detinere videar, mei hodie copiam facio: me præsentem exhibeo: me consessui grauissimo prælecturum sistere, volui; ~~vt præuio eruditionis examine, Alumnorum numero adscribere desiderantem foueatis, auscultetis, beneuole audiatis.~~

In nomine Patris. et filij et Spus Sti amen. Inuocato patrocinio Deiparæ Virginis: Diuorum Antonij ~~Patauini~~ et Ologarij. —

Aggredior ergo interpretationem textus in capite: Ad audientiam

Para la Licion de
puntos

Relectio ad caput. quoniam in plerisque
14 de Officio Ordinarij

Ecce, me tibi sisto, nobile Salmantinorum Lycæum. Ecce, me tibi denuò sacrari auidus ambio: et totus celebritati nominis tui, ex animo dicari progestiens, me tibi, gloriosa hac luce, præsentem exhibere tentaui. Ô quàm diuturna expectatione, exoptata limina, germana ad doctrinam ambitione pulsaui. Jam tandem sacris affixus foribus, operoso conatu, tuo gremio confoueri anhelo. Venerabile, ac simul Jure tanto formidabile, musarum omnium theatrum conscendi festinus, et Bartholomæana chlamydis (qua meritò glorior) muneri valeam respondere.

Verùm profectò, antequam in primo prælectionis vestibulo, vestigia locare præsumam, breui tramite recensenda occurrunt illa honorifica officia, et amplissimi sanè honores, quibus trinam Cardonensis familiæ prolem cohonestati generosæ. Tres germanos fratres tantæ Academiæ clavo gloriantes certatim vidit Salmantica: obseruavit schola. Quas tibi (ô Parens Academia) exoluam hodie grates, quòd tria Cardonæ germina materna protectione confouere volueris, materno recreaueris lacte? Tunc equidem præclarum gratitudinis monimentum ostentabi in Heróëm illum Didacum de Cordoua Proavum meum, qui Martinum V. Summum Pontificem in Concilio Constanciensi elegit: à quo tu, tot, ac tantis munificentiæ donis, ac singularibus priuilegijs nobilitata resplendes, cohonestata coruscas.

Quocirca, ego tanti viri nepos ac germen, me vndique fœlicem, et fortunatum vndique prædicabo, si per meos Parentes, in amoris pignus, et reuerentiæ symbolum, solus tibi dicatus, solus tibi delectus, dum intra tua claustra detentus dego, et amœnissima musarum tempe spatiari dabitur, laureis tantis liberali tua manu, tempora redimiri meruero.

Invocato igitur, Patris, Filij, et Spiritus almi sacratissimo numine. Deiparæ Virginis, Cœlorum Imperatricis Mariæ, nullæ prorsus originalis peccati labe infectæ. Sanctorum Patauini Antonij, et Complutensis Didaci, quorum nomine condecoratus exulto. Divi Ologarij, Barcinonis apud Catalanos decoro vrbis, cui educationem meam gratus accepto refero, gloriosissimi Episcopi. Divi Raymundi à Peñafort, quem nostra Cardonæ domus, tutelarem semper, ac semper Præsidem proclamauit: ac tandem illius virtutum omnium exemplaris lucidissimi, Sancti Joannis de Saagun, Bartholomæana toga, (quam dum spiritus hos reget artus venerabor) immarcessibilis gloriæ, inexplicabilis ornamenti.

Cedat etiam quidquid dixero, in qualem qualem recordationem magnanimi illius quondam Principis Domini, ac semper Domini mei Didaci de Anaya et Maldonado: primùm Enrici tertij Castellæ Regis, necnon tritaui mei Ferdinandi fratris eius, Aragoniæ Regis sapientissimi Magistri: deinde Tudensis, Auriensis, Salmanticensis, Conchensis Eccle-

Ecclesiarum dignissimi Præsulis, et vigilantissimi Antistitis: in sacrosancta oecumenica Constantiensi Synodo, totius Hispaniæ legati Generalis: ibidemque pro sedando Catholici orbis schismate Martini quinti Pontificis Maximi Electoris destinati: Summi senatus Præsulis, ac tandem Archiepiscopi Ispalensis. Cuius operâ, non solum hæc Academia toto terrarum globo celeberrima, verùm et Vniuersa Hispania insignibus illustratur Collegijs: dum illud primum nostro Diuo Bartholomæo sacrum Fidei propugnaculum, litterarum proprie domicilium, Hispaniæ prototypum, fœlicibus vouit, fœlicibusque erexit auspicijs. Ex quo, velut ex nobili stipite, generosi palmites pullularunt: solùm ego, solus degener existo, et illius chlamyde, licèt indigne, condecoratus incedo.

Ad Caput Quoniam in plerisque 14. de officio Ordinarij: accurata ex omnigena eruditionis penu commentatio.

N.C.P.º Innocentius tertius, antea Joannes Lotharius, patria Anagninus, stirpe Comitum Signiæ generosus: postea verò ante decursa triginta et septem annorum curricula, dominator sacer vrbis et orbis: nam Cœlestino tertio ad sextum idus Januarij, anni millesimi, centesimi, nonagesimi octaui defuncto, ac in Lateranensi Basilica tumulato, communi omnium voto è sacro murice, quo pulchrè rubebat, Diaconus Cardinalis eximius, ad supremum Pontificatus apicem destinatur. Pater egregius, adumbrato Numinis suffragio, Sacerdotio summo sacratur Præsul insignitus, dum candidissima columba in conclâve cœlitus illapsa, mirifico iuxta eius dextram aduolatu, serenoque in humero consessu, Ecclesiæ Principatum indixit, atque prædixit: quem tandem octauo Kalendas Martij inauguratus, notissimo Ecclesiæ commodo, ac veræ fidei incremento, decem et nouem annis occupauit, vt referunt Spondanus in epitome Baronij anno 1198. n.º 5. Onuphrius Panuinius Veronensis libro 2. de Pontificum et Cardinalium creatione, pagina mihi 147. Hic igitur, inter alia quæ in generali Concilio Lateranensi, anno millesimo, ducentesimo, decimo tertio indicto, sequenti verò congregato, accurate ad salutem animarum stabiliuit, illud ad fidelium fructum maturata deliberatione excogitauit, quod extat cap. 9. et diuina officia fideli populo, vernaculo idiomate suggerit, Ecclesiastica Sacramenta ad proprij ritus normam, et peculiare morum præscriptum propinat, ne, vel diuersitas linguæ impediat illorum captum, vel rituum varietas, horum fidem dediscat et affectum.

N.º 2.º Hoc salubre Lateranensis Concilij, sub Innocentio tertio decretum, syllabatim à Gregorio 9. transcriptum, et libro primo Decretalium, titulo de

de officio Ordinarij cap. 14. collocatum, solemni huic politiorum litterarum agoni deligimus, quia à nullo nostrorum Interpretum limatum offendimus. Tuis aris sacramus, Minerua mater, quia incubrationum nostrarum effectum testari cupimus, affectum propalare conamur, qui ad gloriosius gratitudinis obsequium non vulgari fruge contentus, curat eam atque procurat in arido hoc latentis eruditionis solo: in quo falce quidem opus atque face: sed hac non ad lucem tantùm, verùm et ad ignem: Nam, veneni sui virus seminauit hæresis, infoelix lolium, ac tribulos germinauit perfida prauitas, et callido dente ac morsu Innocentij nostri mentem et verba conspurcauit, docens sacras litteras patrio et proprio sermone tradendas, prælo mandandas, ac in sacris officijs psallendas. Et hoc, tam ex verbis, quàm ex mente Innocentij in nostro capite deducens. Ex verbis, quia sequentia protulit. Districtè præcipimus, vt Pontifices huiusmodi Ciuitatum, siue dioecesum prouideant viros idoneos, qui secundum diuersitates rituum et linguarū, diuina illis officia celebrent. Ex mente, quia verosimile non est aliud statuturum, cùm hoc tam fidei pabulum, quàm Religionis firmamentum exposcat, nè alias langueret, uel, quod probabilius est, deperiret. Nam, sacra scriptura non humana ratione reperta, sed hominibus sanctis virtute diuina infusa; lectio cuncta virtutum est, in qua notitia rerum salutarium discitur: credentibus, atque éadem operantibus æterna vita præstatur; præterita sine falsitate describuntur; futura quasi iam perfecta narrantur; vbique veritas regnat; vbique Diuina virtus irradiat; vbique panduntur humano generi profutura; quot verba, tot præmia; quot sententiæ, totidem vltiones; nihil vacat ab vtili doctrina, nisi cùm silet lingua magnalia; verbum non inaniter cadens, nec tardat effectus, quod promittit affatus. Nam, vt puscherrimè aiebat Antistitum ille Antistes Augustinus sermone trigesimo octauo. Hæc est, quæ præcipuè in Deum prouocat, et Deum diligere inuitat, corda illuminat, linguam purificat, conscientiam probat, animam sanctificat, fidem confortat, diabolum reijcit, peccatum spernit, animas frigidas calefacit, lumen scientiæ ostendit, tenebras ignorantiæ expellit, tristitiam sæculi extinguit, lætitiam Spiritus Sancti accendit, sitienti potum præbet. Et, vt facundè Cyrillus lib. 9. in Leviticum: Sicut cibis, et delicijs caro, ita spiritus verbis diuinis conualescet, ac sensibus et cupiditatibus robustior effectus, carnem sibi parére coget, ac suis legibus obsequi: nutrimenta igitur Spiritus, sunt: Diuina lectio, sermo doctrinæ; his alitur cibis, his conualescit, his victor efficitur.

Vnde Nazianzenus, assiduam sacrarum litterarum lectionem summopere

commendat: Aut enim (inquit) Deus hanc laboribus nostris mercedem rependit, occultum quoddam lumen in ipsis cernamus, aut, quod præstantissimum est, vt sa tiferis ipsius Legibus, ac præceptis ad virtutem incitemur, aut postremò huiuscem cura et moderatione, mens nostra à terrenarum rerum studijs auocetur. Ca dorus libro de institutione Diuinarum scripturarum cap. decimo sexto, Diuini e quij Lectionem extollens, sic exclamat. Ô, si numquam cessaretur à talibus, peccatis profectò tolleretur locus. At Augustinus Divinam scripturam non t tùm commendat, sed iniungit, dum aditum ad vitam æternam veretur illi, qu hoc sæculo, assiduè in eius Lectione non versatur.

Quocirca, sæuissimus ille Christianorum infestator Diocletianus, s codices, vbique conquiri, et repertos in rogum mitti, Imperiali iussione vulgauit ex qua traditorum nomen, ac crimen exortum: Constantio Chloro, et Galerio ximiano quartùm Consulibus, anno Imperij sui decimo nono, Christi nati tr centesimo secundo, vt refert Eusebius libro octauo, capite tertio. Et ante ipsum, Antiochus Epiphanes immaniter in eos desævivit; Alexander Imperat edicto suo incendia decreuit. Ad quæ facem suam accendit Baronius, anno Chris tercentesimo secundo, vt lucem præferat, tàm Paulo libro quinto sententiarum tit vigesimo tertio, in fine, quàm Vlpiano in L. 4. §. finali ff. familiæ erciscund quamuis huic deletilem spongiam adhibeat, lautus magis quàm latus Don Lau rentius Ramirez de Prado in Pentecontharco cap. trigesimo sexto. Ergo, si Sa Scriptura non solùm proventui animarum vtilis, sed etiam ipsarum saluti necessar eius traductio in quamlibet linguam procul dubio fuit ab Innocentio, in nostr cap. permissa, imò et præcepta, sicut iam dudum à Ioanne 8. in Sclauonicam l guam iniuncta, epistola ducentesima quadragesima septima circa finem, quæ extat thomo. 3. concilior. 2ª parte, fol. mihi septuagesimo quinto. Et in Illy cum idioma Concilio Aquiliensi primo, sub Clemente Octauo concessa, dum c rarent Episcopi, vt adhibitis doctis et pijs viris, qui linguam illam calleant, sol cura ad exemplarium normam ac formam limaretur. Primæuo illo æuo, qu ante Christi aduentum, tota vetus scriptura, Hæbreorum characteribus addicta, in eorum penetralibus delitescebat, aliorum idiomati nondum socia in Chaldæum fuit paraphrasticè versa, corrupto tamen, ac corruptore calamo dolosè fœdata, vt doctè aduertit Franciscus Ximenius Cardinalis in præfa

Comp

3775

Complutensium librorum. Deinde anno mundi
2 7 8
et ante Christum natum ducentesimo septuagesimo octauo ex veraci Baronij, atque Saliani coniectura, licèt dissentiente Athanasio, Augustino, et Epiphanio, in Græcum sermonem, quia tunc frequentior erat, saluberrimo posteritatis bono fuit traducta, mira illa, seu potius miraculosa versione septuaginta Interpretum, qui à Ptholomæo Philadelpho Aegypti Rege, in Pharos insulam cum libris sacris deducti, et singulis cellulis separati (has enim quis, etsi irrideat Hieronymus, non credet? Cùm Sanctus Justinus Martyr illarum inspector oculatus extiterit) intra septuaginta dies, una eádemque sententiarum et vocum traiectione, Græcam hanc translationem conclusere: quam et alia quoque sequuta. Aquila scilicet sub Adriano; Theodotionis, sub Commodo; Simmachi, sub Seuero Augusto; Origenis, sub Imperatore Alexandro; Luciani Martyris Presbyteri Antiocheni, sub Constantino Augusto; Hesichij, et alia duo, quæ in dolijs quibusdam fuere sine certo authore reperta. Postea temporum lapsu, et Latinæ linguæ incremento coepit Latina translatio multis ac varijs authoribus edita, quousque eruditissimam Hieronymi manum sortita, coepit nobis esse vulgata. Accessit et Syriaca noui testamenti, quam à Divo Marco ipsi Syri gloriantur acceptam, et è Græco translatam. Sandem cùm Hispania nostra vesana Juliani Comitis defectione decepta, barbaris Arabum copijs iacebat occupata; Joannes Episcopus Hispalensis, Virsanctitate eximius, miraculorum commendatione gloriosus, et Arabicæ linguæ scientia præclarus, sacras scripturas Arabicè transcripsit, et posteritati parauit, anno Domini septingentesimo quinquagesimo tertio, vt refert fidelis antiquitas, ac antiqua fidelitas Don Roderici Archiepiscopi Toletani in Chronicon rerum in Hispania gestarum lib. 4. c. 3. Rex Ildephonsus cognomento sapiens eodem tractatu, 3. parte. cap. 2. fol. mihi nono. Et ne diutius in recensendis Sacræ scripturæ translationibus velitemur, claudat agmen illa, quæ Diuini Numinis ore videtur fuisse suggesta, et Nicolao Pontifici persuasa. Nam, cùm Boëmij Christiana fidei præceptis primùm initiati, sacra, ac Sacramenta eloquio proprio cuperent audire prolata, non Latino sermone, quem non capiebant, concepta, et votis his Nicolaus Pontifex ac Patrum Concilium quibus fuerant per Gyrillum expressa, non annueret, subitò vox hæc ad stuporem omnium intonuit. Omnis spiritus laudet Dominum, et omnis lingua confiteatur eum. qua perculsus Pontifex statim precibus Boemiorum indulsit, et Sacra, ac Sacramenta

vernacula illorum linguæ sociauit, ut refert Dubrauius lib. 4. His translatio-
nibus, cum tot ac tanta sint, non obscurè de earum vtilitate ac necessitate mon-
mur, et sanè si illarum ope non iuuamur, à salubri scripturarum fructu ignorati
sermonis obice depellimur, non secus ac lucidissima Solis face orbatur, qui in
obscuro loco, clausis vndique ianuis detinetur. Ergo Innocentius in nostro ca-
non potuit non permittere sacras scripturas cuiusque gentis linguæ: nam aliàs n
interesset an qualiter Diocletianus incendia aduersus ~~scripturas~~ eas pararet, an illa
translationem impediret; cùm vtrobique vsum auferret, et accessum obstrueret.

Planè linguarum diuersitas supplicium est nec vulgare, quo ho-
nes seuero ac anxio cruciatu fatigantur: nam ad ferarum ritus citra com-
nicationis dulcedinem redacti confunduntur primùm, deinde segregantur, qui
humana societas eloquio mutuo nutritur, cuius vinculo si non nectitur, dissolu-
tur. Hinc Deus, vt superbam illam turrim, et ciuitatem Babel, quam Ne
ac posteri eius ædificare cœperunt in terra Sennaar, impediret absolui, ac inu
sultam pariter Architectorum temeritatem, debita punitione castigaret; qui
vel ad æternitatem famæ, stupenda ædificij proceritate conspirabant; vel hosti
animo in ipsum Deum castra construebant; vel Nemrodi tyrannidi minis[illegible]
non fulmina, nymbosvè excogitavit, aut vortices, quibus tamquam ariete milito
quassatæ, statim solo iacerent euersæ; sed linguarum diuersitatem citra earum c
tum introduxit: quâ infelici idiomatum multiplicatione cunctorum animos inexper
confusione turbauit, et quasi vocum discordia inuicem eos inimicasset, in diuersa
aufugere compulit, agitante cuncta tumultu, atque in affectus dissonos, eloquij mu
tiformis ignoratione cogente: qualiter importuno strepitu absonare audias horologium
quoties male libratis ponderibus, horisquè seditione rotarum discordantibus, tota illo
instrumentorum Respublica in insanos motus temerè torquetur. Ecce (dixit G
nesis cap. 11.) Vnus est populus, et vnum labium omnibus; cœperuntquè hoc f
cere, nec desistent à cogitationibus suis donec eas compleant. Venite igitur, de
cendamus, et confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque
vocem proximi sui; atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersa
terras, et cessauerunt ædificare Ciuitatem. R

Romani, gentibus, quas subiugabant, Romanæ linguæ necessit

statim imponebant, non vt eius commercium deditionem vbique proderet, ac Romanorum imperium singulis verbis decantaret, sed, vt idiomatum diuersitate explosa, deuictorum animos ita leniret, vt libertatis, et instaurationis cogitatione sopita, subiectionis sorti suauissimè conciliaret, et perpetuum cum Romanis consortium stabiliret. Barbarus ille apud Indos Occidentales Gauainacapa, vt bellorum facem, qua debellati Populi inuicem flagrabant, extingueret; generalis linguæ, quam Quicham vocant, vsum in toto Regno Peruviano disseminauit; et eradicata sic linguarum diuersitate firmissimæ pacis frugem concordis eloquij lenocinio collegit, diuersos atque auersos Populorum animos videns, quamdiu dissimilia linguarum lineamenta concessit; vnos verò atque vnitos retinens, post quæ eosdem afflatus introduxit, vt testatur Pater Joseph de Acosta lib. 1. de procuranda Indorum salute c. 9. Igitur, si linguæ diuersitas, odij venenum per ignotarum vocum auram inspirat, audientes torquet, et procul abijcit, Sacra scriptura in propriam cuiusque gentis linguam translatio, non tantùm permitti, verùm et præcipi debet: ne aliàs inaccessa deterreat, ignota fastidiat, et quæ ad solatium ac salutem mortalium fertur inuenta, ad desperatam ipsorum pœnam incipiat esse traducta. Nam, sicut infelix ille Tantalus sitiens, ac esuriens, in Cridani aquis detinetur, vt sæuissimè, pomis atque vndis refugis torqueatur, et Deorum ad Pelopis dapes exploratio vindicetur; sic fidelis Populus, cui suauissimæ scripturarū epulæ, eloquio quod non capit, condita ac recondita parantur, Itinuæ illarum fame plectetur: nam dum auidius ad escam accendetur, securius eius gustu fraudabitur, et ieiuno labro quoties accesserit, illudetur.

Quinta Licion.

Auiendo (Señores) explicado la razon porque la vsura deue ser prohibida, por yr contra la Naturaleza y equidad del mutuo: auiendo resuelto lo que toca à la diferencia de la Simonia.

Ya se viene à conocer quan Justa es la prohibicion de la Vsura: pues como dixo Alexandro 3º. en el cap.º 4º. de Vsuris, ni aun por redemir la vida de vn Cautiuo, se ha de permitir la vsura: Y assi el derecho diuino la prohibio. En el testamento viejo en el exodo cap. 22. Y en el Leuitico cap. 25. En los quales lugares pronuncia Dios pena de muerte contra los vsurarios.

Y no obsta lo que leemos en el Deuteronomio cap. 25. auer permitido Dios las vsuras a su pueblo, como fuesen con gente estraña.

Porque à esto se Responde segun Caietano, que Dios vsando de su mayor potestad, concedia el dominio de la cosa recibida en vsuras por euitar mayores daños: y porque aquel pueblo, que de suyo era muy auaro, no cometiesse vsuras con sus mismos hermanos Y assi se las permitio con los estraños.

Demanera que no creamos ser absolutamente permitidas las vsuras como licitas, sino que cessaua la razon de malicia para la pena en virtud de la aplicacion que hizo Dios con su soberana potestad del dominio de aquellas cosas.

Tambien consta de la ley Euangelica, pues Christo por San Lucas mando que ninguno prestase persuadido, que auia de recibir mas de lo que prestó. 61

De aqui nace ser tambien llana por derecho natural la prohibicion de las vsuras. Porque segun dobina de todos los Theologos, todo lo que se manda y prohibe en la ley Euangelica, como no sea, cerca de los Sacramentos, ó, articulos de la fe Catholica siempre se Juzga prohibido: porque en la ley natural se prohibia. De adonde nace, q supuesto q por el derecho Diuino fueron prohibidas las vsuras, tambien lo han sido por el derecho natural.

Lo que toca à la prohibicion del derecho Canonico, y Ciuil explicaremos en la Licion sigu^{te}

Sexta Licion. 97 dvso

De lo que diximos en la licion pasada, consta bastantemente ser prohibi[illegible] las vsuras de derecho natural, y diuino. De donde nace la Jus[illegible]ficacion grande, con que el derecho Canonico las prohibio [illegible]

celebrado 305 cap.º prim.º y segundo y todo el titulo de vsuris, y sus penas, dena[illegible] primitiua Iglesia ser Justas, como se lee en el primer concilio de[illegible] Iglesia: que si bien no es General, es de los Catolicos Prouinciales [illegible]

C. 20. tiene, llamado Iliberitano celebrado en España como refiere [illegible] fernando de Mendoza en la defensa que hizo deste Concilio. [illegible] qual manda que qualquier Clerigo vsurario sea degradado y [illegible] laico vsurario sea escluido de la Iglesia.

Tambien el Concilio Niceno 308 primero y el Lateranense 1215 repelen à los [illegible]

vsio rarios de la participacion de la Eucaristia y de la Sepu[illegible] Eclesiastica, como refiere Nicephoro en la Historia Ecle[illegible]tica y consta de otros muchos Concilios que se refieren e[illegible] nuestro derecho.

Pero esta resolucion se haze dificultosa por lo que nos enseña [illegible] Ambrosio [illegible] referido en el capitulo final 14. question quinta, d[illegible] dize, podemos tomar vsuras del enemigo, con quien licitam[illegible] tenemos guerra. Pues a la manera que nos es licito matarl[illegible] con armas, tambien nos lo sera destruirle, acabandole el pa[illegible]monio con vsuras —

Esta dificultad es tan grande que ha obligado à hombres muy [illegible]tos a dezir, no ser este texto de San Ambrosio, sino que here[illegible] de aquellos tiempos se le atribuieron.

Mas lo contrario es cierto, pues se lee en el libro q̃ escriuio el santo sobre Tobia[illegible]

Por lo qual hemos de resoluer, dejadas otras soluciones, q̃ este texto habla de gu[illegible] Justa, en la qual como sea Licito quitar los bienes al enemigo en tant[illegible] nera que segun principios, que V.s M.s sabran bien de la Instituta, [illegible] hombres libres se hazen esclauos por la captiuidad por derecho de las ge[illegible] q̃ mucho sea permitida la vsura.

Ni obstara dezir que la vsura, siempre tiene intrinseca malicia, como la m[illegible] y adulterio, y ansi ni con el enemigo se ha de ejercer.

Respondese esta formalmente no ser vsura sino solo materialmente, con lo qual [illegible] la razon de intrinseca malicia ——

Septima Licion. Exodo

Esplicamos (Señores) en la licion pasada, la prohibicion y penas q̃ puso el derecho Canonico cerca de las Vsuras. Resta conoscamos la prohibicion de derecho Ciuil.

Y es llano auerlas prohibido. Porq̃ si segun derecho natural, no son licitas, y el derecho natural es immudable, en quien tuuo siempre atencion el derecho Ciuil, claro esta que las auia de prohibir. y hallase en la ley de las doce tablas, como refieren Balduino y Otomano. Y lo que mas es, son tenidos por infames, los que las exercen, segun la decision de Diocleciano y Maximiano en la ley 20. Codice ex quibus causis infamia irrogetur. Y Justiniano quando en sus decisiones protesta la verdad de los quatro primeros Concilios Generales, Niceno, Constantinopolitano, Efesino y Calcedonense, abiertamente las prohibio: pues segun diximos el Niceno las imprueua.

Y conocese la malicia deste delito: pues aun entre los mismos Barbaros, se tiene por horrible; pues como nota Eliano en lo q̃ escriuio de varias historias, nunca los Indios dieron, ni recibieron dinero por vsuras.

Esto tiene vna grande dificultad. Pues como consta de la ley primera y todo el titulo, digestis et Codice de vsuris: las vsuras se hallan permitidas, de donde se conoce ser falso lo que diximos que el derecho Ciuil las prohibia. Y De ahi se consigue no las auer prohibido el derecho natural.

Respondese a esta dificultad q̃ como en Roma nadie quisiese prestar sin ganancia: y el dia que prestaua, auia pleytos sobre la tardansa de la paga, en si auia Interesses, de donde se llego a suma necessidad; por euitar pues estos daños, las permitio el derecho Ciuil, pero con su moderacion paraque no pareciesen tan injustas: lo que esplicaremos en la Licion q̃ viene

Octaua Licion

Aunque assentamos Señores, auer permitido el Derecho ciu
vsuras, como esto fue por conueniencia del comercio, reconociendo no
natural accession, produzir el dinero à dinero, no se permitieron indefin
mente, sino con tassacion Legitima: demanera que lo imoderado no se
diese, aunque se huuiesse vn hombre obligado a pagarlo, deuerlo.

Y esta es la razon porque el Consulto en la Ley 29. digestis de vsuris, dize que
hombre prometiese vsuras mas de las legitimas, no deue mas de lo
y lo que excede es como si no se huuiera prometido —

Fue vario el modo de las Vsuras. Y para entendelle han de suponer V. M.
à la manera que la ~~[illegible]~~ herencia se diuide en doce onsas, cada
tomando el nombre segun las partes de hazienda que comprehende
mismos nombres, se dan à las vsuras, respeto de las partes q̃ multip
de lo prestado: assi que, si de cien Rs. prestados, se pagasse vn Real
al año, esta vsura se dice Vnciaria, respeto de los 12. meses de
año, que podian produzir vsura — Si pagase cada año 2. a
ciento, sera vsura sextante. Si tres, quadrante. Si quatro, tri
~~[illegible]~~ Si seys Semisse. Y assi de las demas, co
atencion, que en pagandose cada mes vno, estas vsuras se llama
Centesimas; porque igualauan la suerte principal en ocho años y q
tro meses: subido ecesso en cosa que de suyo naturalmente segun
ha esplicado, por razon de mutuo, no puede produzir ganancia

De aqui se infiere ser vsuras centesimas las q̃ en todos los 12. meses, cada u
de por si, produzen parte centesima de lo que se prestò, como en
Julio Pacio, Pedro Greg.o, Alciato y Couarruuias.

De la qual dotrina se saca ser falsa la opinion de algunos Interpre
q̃ dezian ser vsura centesima la que en vn año igualaua la
principal: esto es ciento por ciento. Lo qual no es posible se crea, q̃
el derecho ciuil prohibio las vsuras, admitiese vna cosa tan esorbi
q̃ en lugar de conduzir a la conseruacion politica, fuera destruic
de las Ciudades y Reynos —

Lo qual supuesto se aduierta, que la mayor, mas dura, y graue fue la Centesima
assi se entiende el texto en la ley 32, ff. de negocijs gestis: adonde
Trifonino q̃ el Magistrado, q̃ tomo prestados dineros publicos, deue las mas
vsuras, esto es, como nota Ant.o Fabro las centesimas. —

Estas son las diferencias de las vsuras: como se admitia el ejercicio dellas. para inte
de muy dificultosos textos, esplicaremos en la licion siguiente —

Vsura est lucrum pecuniæ æstimabile proueniens ex mutuo immediate

